


86
Sacristia
Lit. 186
nu. 34

ind. inme, ec cognus ne ma: sic nec u pe poa sit

ca zquales. lixs T^u. inmingu eabis zonis.

lrmiq aeus 23

nis lbas epiq obin in ypam agzus huiud ronis

absoluz lactis pueq, l parueseems. goniarc. d.

na neva ezgnis, poruit nemo cu sinerali obin,

ideo dicimus i[illegible] di [illegible] ponere ab mano ad

nescia lixa, ga nec hec, ergo ga nia poneeze

alio dial ezg. abim mgdu yuez na) ac abse

ie hena, ex presca inago ispine, a in alto pre

venisa, ff de secun[illegible] huczesalia: ideo dicim

ex qd inius dinus pruit ab ueano hene scia

lixa, ga mo n[illegible] [illegible] de v[illegible] his iso ini, no

con: dispatasi, qia naobes dadinus ad obin

in Do, ex aemixiom zgste c zgnio ipsa idz calo

aque in dine iniue unde iste negit ee poa sica

u ealbs zgnis. ac nos dedadi[illegible] ad e becqz in

Do, ex acc al[illegible] ddueque, aus xsexudie c ipsa.

ao cae[illegible], De enanda, ex dicea iin aque ab ipso:

unde xeuealis eonis dnd in Do poa sica, ivi

xeillius zgnis.

108. Inteas: l De mo e aus inecae al

xes mig dis pue abseu henz, l oles in poa

ealbs iudi: l[illegible] ei[illegible] ego De balid. si 2^u ego dimus

inues i nege sols in poa [illegible] aclls xepraesentons

ilue iadi: de alls mazdo, ee abseu hena ego

dinues inque in poa sica xeuels lix dlug. phud

[illegible]

[illegible]

[illegible] ex ipso quod [illegible] expansum [illegible] 138 676

in Deo [illegible] in Deo [illegible] 448

[illegible] expansum [illegible] 120

[illegible] expansum [illegible] 120

[illegible] in Deo [illegible] 106

[illegible] 212

[illegible] 128

[illegible] in Deo [illegible] 160

[illegible] 125

Dicendum [illegible] 971

[illegible]

[illegible] ~~648~~

[illegible] 647

[illegible] 1 224

[illegible] 1 011

[illegible] 386

[illegible] 069

[illegible] 462

[illegible] 1 203

490

4402

6228

9106

19826

120	113	93	86
200		69	54
120		114	43
160		276	41
045			52
645			276
			276

[illegible] e

[illegible] rox: intel

[illegible] ne Di. posset dicere simpliciter cum

pertineat ipsa non dat bon. ex parte Dei. pdeo dicere

intellectus, aut aliud praeter obiectum, id solum

dat ut ipsa talis, pdeo ex parte Dei bidam

talis equivalenter, aut eminentialiter, qua

nus ex parte Dei dat bidang, unde dici

tur intellectus recipiens pdecem a divino inge

nio bidam ex parte Dei, qd D. divit

bonit. pertinere intellectui: unde dicimus, quod

immediate bonit. divin. et prima intellectus im

mediate, bonit. dicat intelligens [illegible] se habet

erga intellectus, ac erga hac se habet ipsa [illegible]

ex una parte [illegible] immediate bonit. prin

cipaliter, et ex alia parte [illegible] idem ad [illegible] in

tellectus, ac idem ad intellectus [illegible] den

sitas aliqua [illegible], nisi quod [illegible] ad

intellectus [illegible], ut ad propria operationes, ipsa [illegible]



MANUAL ROMANO,

DISPUESTO SEGUN EL ORDEN DE
N. S. MADRE IGLESIA,
PARA EL USO DE LOS MENORES CAPUCHINOS DE

N.S.P.S. FRANCISCO

DE LA PROVINCIA DE ANDALUCIA,
DE ORDEN DE N. M. R. P. Fr. ANGEL DE
Granada, Lector habitual de Sagrada Theologia,
Ministro Provincial de dicha Provincia, y
Comissario General de las Missiones
de Indias.




Año de 1723.

POR EL P. FRAY SEBASTIAN DE MALAGA,
Predicador, y Director del Divino Oficio, è hijo
de la misma Provincia.

PREFACION

AL RELIGIOSO LECTOR.

POR QUANTO EN NUESTRO *Ceremonial Romano-Serafico eſtan prevenidas las Ceremonias, y el modo con que ſe han de executar todas las funciones Eccleſiaſticas, que ſe ofrecen, ò pueden ofrecer entre año; ſolamente ſe pondrà en eſte Manual, lo que en ellas ſe ha de cantar, ò rezar; y aſsimiſmo alguna otra coſa, que allì haga falta; en que me arreglarè (como debo) al uſo, y practica de la Igleſia.*



EN LA PROCESSION,

ANTES DE LOS MAYTINES DE NAVIDAD, se canta lo ſiguiente.

℣. Verbum caro factum est, alleluia.

℟. Et habitavit in nobis, alleluia.

HYMNUS.

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli: tibi Coeli, & universæ poteſtates.

Tibi Cherubim, & Seraphim: inceſſabili voce proclamant:

Sànctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.

Pleni ſunt cœli, & terra: majeſtatis gloriæ tuæ.

Te glorioſus Apoſtolorum chorus,

Te Prophetarum laudabilis numerus,

Te Martyrum candidatus laudat exercitus,

Te per orbem terrarum, Sancta confitetur Eccleſia,

Patrem immenſæ majeſtatis,

Venerandum tuum verum, & unicum Filium.

Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.

Tu Rex glorię Chriſte.

Tu Patris ſempiternus es Filius.

Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem: non horruiſti Virginis uterum.

Te devicto mortis aculeo: aperuiſti credentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei ſedes in gloria Patris.

Judex crederis eſſe venturus.

Te ergo quæſumus, tuis famulis ſubveni: quos pretioſo ſanguine redemiſti.

Æterna fac cum Sanctis tuis:

in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum Domine: & benedic hæriditati tuæ.

Et rege eos: & extolle illos uſque in æternum.

Per ſingulos dies, benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in ſæculum: & in ſæculum ſæculi.

Dignare Domine die iſto: ſine peccato nos cuſtodire.

Miſerère noſtri Domine: miſerère noſtri.

Fiàt miſericordia tua Domine ſuper nos: quemadmodum ſperavimus in te.

In te Domine ſperavi: non confundar in æternum.

℣. Verbum caro factum eſt, alleluia.

℞. Et habitavit in nobis, alleluia.

OREMUS.

DEus, qui hanc ſacratiſsimam noctem veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere: da quæſumus; ut cujus lucis myſteria in terra cognovimus, ejus quoque gaudiis in cœlo perfruamur. Qui tecum vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum.

℞. Amen.

***

DIA 2. DE FEBRERO.

Deſde que ſe empiezan à diſtribuir las Candelas, ſe canta à Coros lo ſiguiente: el primer Coro, la Aña. que repetirà à cada verſo; y el ſegundo, los verſos del Cantico.

Aña. Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſraèl.

Cantic. Nunc dimittis ſervum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace.

Aña. Lumen ad revelationē &c.

℣. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.

Aña. Lumen &c.

℣. Quod paraſti ante faciem omnium populorum.

Aña. Lumen &c.

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sacto.

Aña. Lumen &c.

℣. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Aña. Lumen &c.

Concluìda la Diſtribucion.

Aña. Exurge Domine, adjuva nos, & libera nos propter nomen tuum.

Pſal. Deus auribus noſtris audivimus: Patres noſtri annuntiaverunt nobis.

℣. Gloria Patri. *Y ſe repite la aña.* Fxurge Domine.

Deſde

Desde que empieza la Procession.

Aña. Adorna thalamum tuũ Sion, & suscipe Regem Christum : amplectere MARIAM, quę est cęlestis porta:ipsa enim portat Regem gloriæ novi luminis : subsistit Virgo, adducens manibus Filium ante luciferum genitum : quem accipiẽs Simeon in ulnas suas, prędicavit populis Dominum eum esse vitæ, & mortis, & Salvatorem mundi.

Aña. Responsum accepit Simeon à Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini : & cum inducerent Puerum in templum, accepit eũ in ulnas suas,& benedixit Deũ, & dixit: Nũc dimittis servũ tuum Domine in pace.

℣. Cum inducerent Puerum JESUM Parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo : ipse accepit eum in ulnas suas.

Al entrar en la Iglesia.

℟. Obtulerunt pro eo Domino par turturum, aut duos pullos columbarum : * Sicut scriptum est in lege Domini.

℣. Post quam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi, tulerunt JESUM in Jerusalem, ut sisterent eum Domino. Sicut scriptum est in lege Domini.

℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.Sicut scriptum est in lege Domini.

MIERCOLES DE CENIZA.

En subiendo el Preste al Altar, canta el Coro lo siguiente.

Aña. Exaudi nos Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos Domine.

Psal. Salvum me fac Deus: quoniam in[illegible]erunt aquæ usque ad animam meam.

℣. Gloria Patri. *Y se repite la A.* Exaudi nos.

Al imponer la ceniza se canta lo siguiente.

Aña. Immutemur habitu, in cinere, & cilicio: jejunemus,& ploremus ante Dominum: quia multum misericors est dimittere peccata nostra Deus noster.

Aña. Inter vestibulum, & Altare plorabunt Sacerdotes ministri Domini,& dicent:Parce Domine, parce populo tuo: & ne claudas ora canentium te Domine.

℟. Emendemus in melius, quæ ignoranter peccavimus:

ne ſubitò præoccupati die mortis, quæramus ſpatium pœnitentiæ, & invenire non poſsimus. * Attende Domine, & miſerère: quia peccavimus tibi.

℣. Adjuva nos Deus ſalutaris noſter: & propter honorem nominis tui Domine libera nos. Attende Domine, & miſerère: quia peccavimus tibi.

℣. Gloria Patri. Attende Domine.

DOMINGO DE RAMOS.

Aſſi que el Preſte ſube al Altar canta el Coro la ſiguiente.

Aña. Hoſan[illegible]lio David: benedictus qui venit in nomine Domini. O Rex Iſraël: Hoſanna in excelſis.

Concluida la Leccion canta el Coro uno de los ſiguientes.

℟. Collegerunt Pontifices, & Phariſæi conſilium, & dixerunt: Quid facimns, quia hic hom[illegible] multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum: * Et venient Romani, & tollent noſtrũ locum, & gentem.

℣. Unus autem ex illis, Caiphas nomine, cum eſſet Pontifex anni illius, prophetavit, dicens: Expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitaverunt interficere eum, dicentes. Et venient Romani &c.

℟. In monte Oliveti oravit ad Patrem: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. * Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma: fiat voluntas tua.

℣. Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem &c.

Deſpues del Prefacio.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli, & terra gloria tua, Hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine Domini, Hoſanna in excelſis.

Al diſtribuir los Ramos.

Aña. Pueri Hebræorum portantes ramos olivarum obviaverunt Domino, clamantes, & dicentes: Hoſanna in excelſis.

Aña. Pueri Hebræorum veſtimenta proſternebant in via, & clamabant dicentes: Hoſanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini.

Deſde que empieza la Proceſſion.

Aña. Cum appropinquaret Dominus Jeroſolymam, miſit duos ex diſcipulis ſuis, dicens: Ite in caſtellum, quod contra

vos

vos eſt: & invenietis pullum aſinæ alligatum, ſuper quem nullus hominum ſedit: ſolvite, & adducite mihi. Si quis vos interrogaverit, dicite: opus Domino eſt. Solventes adduxerūt ad Jesum: & impoſſuerunt illi veſtimenta ſua, & ſedit ſuper eum: alij expandebant veſtimenta ſua in via: alij ramos de arboribus ſternebant: & qui ſequebantur clamabant: Hoſanna, benedictus qui venit in nomine Domini: benedictum regnum patris noſtri David: Hoſanna in excelſis: miſerère nobis fili David.

Aña. Cum audiſſet populus, quia Jesvs venit Jeroſolymam, acceperunt ramos palmarum: & exierunt ei obviam, & clamabant pueri, dicentes: Hic eſt, qui venturus eſt in ſalutem populi. Hic eſt ſalus noſtra, & redemptio Iſraël. Quantus eſt iſte, cui Throni, & Dominationes occurrunt? Noli timère filia Sion: ecce Rex tuus venit tibi, ſedens ſuper pullum aſinę: ſicut ſcriptum eſt. Salve Rex fabricator mundi, qui veniſti redimere nos.

Aña. Ante ſex dies ſolemnis Paſchæ, quando venit Dominus in civitatem Jeruſalem occurrerunt ei pueri: & in manibus portabant ramos palmarum, & clamabant voce magna, dicētes: Hoſanna in excelſis: benedictus qui veniſti in multitudine miſericordiæ tuæ: Hoſanna in excelſis.

Aña. Occurrunt turbæ cum floribus, & palmis Redemptori obviam: & victori triumphanti digna dant obſequia: Filium Dei ore gentes prædicant: & in laudem Chriſti voces tonant per nubila: Hoſanna in excelſis.

Aña. Cum Angelis, & pueris fideles inveniamur, triumphatori mortis clamantes: Hoſanna in excelſis.

Aña. Turba multa, quæ convenerat ad diem feſtum, clamabat Domino: Benedictus qui venit in nomine Domini, Hoſanna in excelſis.

Aviendo buelto, y llegado la Proceſſion à la puerta de la Igleſia, y eſtando cerrada, dizen los Cantores de adentro.

Gloria, laus, & honor, tibi ſit Rex Chriſte Redemptor:
Cui puerile decus prompſit Hoſanna pium.

Repitenlo todos los de fuera, y tambien à cada dos verſos, que cantan los de dentro.

Iſ-

Israël es tu Rex, Davidis, & inclyta proles:

Nom ine qui in Domini Rex benedicte venis. ℟. Gloria, laus.

Cœtus in excelsis te laudat cœlicus omnis,

Et mortalis homo, & cuncta creata simul. ℟. Gloria, laus.

Plebs Hebræa tibi cum palmis ovia venit:

Cum prece, voto, hymnis, adsumus ecce tibi. ℟. Gloria, laus.

Hi tibi passuro solvebant munia laudis:

Nos tibi regnanti pangimus ecce melos. ℟. Gloria, laus.

Hi placuere tibi, placeat devotio nostra:

Rex bone, Rex clemens, cui bona cuncta placent. ℟. Gloria, laus.

Al entrar la Procession en la Iglesia.

℟. Ingrediente Domino in sanctam civitatem, Hebræorũ pueri resurrectionem vitæ pronuntiantes, * Cum ramis palmarum Hosanna clamabant in excelsis.

℣. Cum audisset populus, quod Jesus veniret Jerosolymam, exierunt oviam ei. Cum ramis palmarum &c.

JUEVES SANTO.

A la Procession. Hymnus.

Pange lingua gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi,
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generosi
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine,
Et in mundo conversatus,
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.

In supremæ nocte coenæ
Recumbens cum fratribus,
observata lege plenè
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit:
Fitque sanguis Christi merũ,
Et si sensus deficit:
Ad firmandum cor sincèrũ
Sola fides sufficit.

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Præstet fides supplementum
Sensuum defectui.

Genitori, Genitoque
Laus, & jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit, & benedictio:
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.

A

A la denudacion dè los Altares. Aña.

Diviſerunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Pſal. 21.

DEus Deus meus, reſpice in me: quare me dereliquiſti? * Longè à ſalute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per dié, & non exaudies: * & nocte, & non ad inſipientiam mihi.

Tu autem in ſancto habitas, * laus Iſraël.

In te ſperaverunt patres noſtri: * ſperaverunt, & liberaſti eos.

Ad te clamaverunt, & ſalvi facti ſunt: * in te ſperaverunt, & non ſunt confuſi.

Ego autem ſum vermis, & non homo: * opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriſerunt me: * locuti ſunt labiis, & moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum: * ſalvum faciat eum; quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre: * ſpes mea ab uberibus matris meæ. In te projectus ſum ex utero.

De ventre matris meæ Deus meus es tu, * ne diſceſſeris à me Quoniam tribulatio proxima eſt: * quoniam non eſt qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli multi: * tauri pingues obſederunt me.

Aperuerunt ſuper me os ſuum, * ſicut leo rapiens, & rugiens.

Sicut aqua effuſus ſum: * & diſperſa ſunt omnia oſſa mea.

Factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens: * in medio ventris meï.

Aruit tamquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis: * & in pulverem mortis deduxiſti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi: * concilium malignantium obſedit me.

Foderunt manus meas, & pedes meos: * dinumeraverunt omnia oſſa mea.

Ipſi vero conſideraverunt, & inſpexerunt me: * diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerũt ſortem.

Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à me: * ad defenſionem meam conſpice.

Erue à framea Deus animam meam: * & de manu canis unicam meam.

Salva me ex ore leonis:* & à cornibus unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis : * in medio Ecclesiæ laudabo te.

Qui timetis Dñm , laudate eum : * universum semen Jacob glorificate eum.

Timeat eum omne semen Israël : * quoniam non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis:

Nec avertit faciem suam à me : * & cum clamarem ad eum , exaudivit me.

Apud te laus mea in Ecclesia magna: * vota mea reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes , & saturabuntur ; & laudabunt Dominum qui requirunt eum : * vivent corda eorum in sæculum sæculi.

Reminiscentur , & convertentur ad Dominum: * universi fines terræ:

Et adorabunt in conspectu ejus : * universæ familiæ gentium.

Quoniam Domini est regnum : * & ipse dominabitur gentium.

Manducaverunt , & adoraverunt omnes pingues terræ: * in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivet: * & semen meum serviet ipsi.

Annuntiabitur Domino generatio ventura : * & annuntiabunt cœli justitiam ejus populo qui nascetur , quem fecit Dominus.

Al Mandato se canta à Coros lo siguiente.

Aña. Mandatum novum do vobis: ut diligatis invicem , sicut dilexi vos , dicit Dominus.

Psal. Beati immaculati in via : qui ambulabant in lege Domini.

Aña. Mandatum novum do vobis: ut diligatis invicem , sicut dilexi vos, dicit Dominus.

Aña. Postquam surrexit Dominus à cœna , misit aquam in pelvim , & cœpit lavare pedes discipulorum suorum : hoc exemplum reliquit eis.

Psal. Magnus Dominus , & laudabilis nimis:in civitate Dei nostri in monte sancto ejus.

Aña. Dominus JESUS, postquam cœnavit cum discipulis suis , lavit pedes eorum , & ait illis : Scitis quid fecerim vobis ego Dominus , & Magister? Exemplum dedi vobis : ut & vos ita faciatis.

Psal. Benedixisti Domine terram tuam: avertisti captivitatem Jacob.

Aña. Domine, tu mihi lavas pedes? Respondit JESUS, & dixit ei: Si non lavero tibi pedes, non habebis partem mecum.

℣. Venit ergo ad Simonem Petrum, & dixit ei Petrus.

Aña. Domine, tu mihi lavas pedes? Respondit JESUS, & dixit ei: Si non lavero tibi pedes, non habebis partem mecum.

℣. Quod ego facio, tu nescis modo: scies autem postea.

Aña. Domine tu mihi lavas pedes? Respondit JESUS, & dixit ei: Si non lavero tibi pedes, non habebis partem mecum.

℣. Si ego Dominus, & Magister vester lavi vobis pedes: quanto magis debetis alter alterius lavare pedes?

Psal. Audite hæc omnes Gẽtes: auribus percipite qui habitatis orbem.

Aña. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.

℣. Dixit JESUS discipulis suis.

Aña. Maneant in vobis fides, spes, charitas, tria hæc: major autem horum est charitas.

℣. Nunc autem manent fides, spes, charitas: tria hæc: major horum est charitas.

Aña. Benedicta sit sancta Trinitas, atque indivisa unitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

℣ Benedicamus Patrem, & Filium, cum Sancto Spiritu.

Psal. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutũ: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.

Aña. Ubi charitas & amor, Deus ibi est.

℣. Congregavit nos in unũ Christi amor.

℣. Exultemus, & in ipso jucundemur.

℣. Timeamus, & amemus Deum vivum.

℣. Et ex corde diligamus nos sincèro.

Aña. Ubi charitas & amor, Deus ibi est.

℣. Simul ergo cum in unum congregamur.

℣. Ne nos mẽte dividamur, caveamus.

℣. Cessent jurgia maligna, cessent lites.

℣. Et in medio nostri sit Christus Deus.

Aña. Ubi charitas & amor, Deus ibi est.

℣. Simul quoque cum beatis videamus.

℣. Gloriantèr vultum tuũ, Christe Deus.

℣. Gaudium, quod est immensum, atque probum.

℣. Sæcula per infinita sæculorum, Amen.

Acabado el Lavatorio, dize el Preste: Pater noster, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Tu mandasti mandata tua, Dñe.

℟. Custodiri nimis.

℣. Tu lavasti pedes discipulorum tuorum.

℟. Opera manuum tuarum ne despicias.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Adesto, Domine quæsumus, officio servitutis nostræ: & quia tu discipulis tuis pedes lavare dignatus es, ne despicias opera manuũ tuarum, quæ nobis retinenda mãdasti: ut sicut hîc nobis, & à nobis exteriora abluuntur inquinamenta: sic à te omnium nostrũ interiora lavẽtur peccata. Quod ipse præstare digneris, qui vivis, & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum.

℟. Amen.

VIERNES SANTO.

Despues de la Profecia Hæc dicit Dñs. *se canta à Coros este Tract.* Domine, audivi auditũ tuum, & timui: consideravi opera tua, & expavi.

℣. In medio duorum animalium innotescêris: dum appropinquaverint anni, cognoscêris: dum advenerit tempus ostendêris.

℣. In eo, dum conturbata fuerit anima mea: in ira, misericordiæ memor eris.

℣. Deus à Libano veniet, & sanctus de monte umbroso & condenso.

℣. Operuit cælos majestas ejus: & laudis ejus plena est terra.

Despues de la Leccion In diebus illis. *se canta à Coros el siguiente Tract.* Eripe me Domine ab homine malo: à viro iniquo libera me.

℣.

℣. Qui cogitaverunt malitias in corde: tota die cõstituebant prœlia.

℣. Acuerunt linguas suas sicut serpentis: venenum aspidum sub labiis eorum.

℣. Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis libera me.

℣. Qui cogitaverunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueũ mihi.

℣. Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis: juxta iter scandalũ posuerunt mihi.

℣. Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi Domine vocem orationis meæ.

℣. Domine Domine virtus salutis meæ, obumbra caput meum in die belli.

℣. Ne tradas me à desiderio meo peccatori: cogitaverunt adversus me: ne derelinquas me, ne umquam exaltentur.

℣. Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos.

℣. Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.

A la Adoracion de la Cruz.

℣. Popule meus, quid feci tbi? aut in quo contristavi te? responde mihi.

℣. Quia eduxi te de terra Ægypti: parasti Crucem Salvatori tuo.

Agios ò theòs.
Sanctus Deus.
Agios ischyros.
Sanctus fortis.
Agios athànatos eleïsõ imàs.
Sanctus immortalis miserêre nobis.

℣. Quia eduxi te per desertum quadraginta annis: & manna cibavi te, & introduxi te in terram satis bonam, parasti Crucem Salvatori tuo.

Agios ò theòs.
Sanctus Deus.
Agios ìschyros.
Sanctus fortis.
Agios athanatos eleïsõ imas.
Sãctus immortalis miserère nobis.

℣. Quid ultrà debui facere tibi, & non feci? Ego quidem plantavi te vineam meam speciosissimam: & tu facta es mihi nimis amàra: acèto namque sitim meam potasti: & lancea perforasti latus Salvatori tuo.

Agios ò theòs.
Sanctus Deus.
Agios ìschyros.
Sanctus fortis.
Agios athànatos eleïsõ imas.
Sanctus immortalis miserère nobis.

℣. Ego propter te flagelavi Ægyptum cum primogenitis suis: & tu me flagellatum tradidisti.

℣. Popule meus, quid feci tibi? Aut in quo contristavi te? Responde mihi.

℣. Ego eduxi te de Ægypto, demerso Pharaòne in mare Rubrum: & tu me tradidisti Principibus Sacerdotum.

℣. Popule meus, quid feci tibi? Aut in quo contristavi te? Responde mihi.

℣. Ego ante te apèrui mare: & tu aperuisti lancea latus meum.

℣. Popule meus, quid feci tibi? Aut in quo contristavi te? Responde mihi.

℣. Ego antè te præivi in columna nubis: & tu me duxisti ad prætorium Pilati.

℣. Popule meus, quid feci tibi? Aut in quo contristavi te? Responde mihi.

℣. Ego te pavi manna per desertum: & tu me cecidisti alapis, & flagellis.

℣. Popule meus, quid feci tibi? Aut in quo contristavi te? Responde mihi.

℣. Ego te potavi aqua salutis de petra: & tu me potasti felle, & acèto.

℣. Popule meus, quid feci tibi? Aut in quo contristavi te? Responde mihi.

℣. Ego propter te Chananæorum Reges percussi: & tu percussisti arundine caput meum.

℣. Popule meus, qui feci tibi? Aut in quo contristavi te? Responde mihi.

℣. Ego dedi te sceptrum regale: & tu dedisti capiti meo spineam coronam.

℣. Popule meus, quid feci tibi? Aut in quo contristavi te? Responde mihi.

℣. Ego te exaltavi magna virtute: & tu me suspendisti in patibulo Crucis.

℣. Popule meus, quid feci tibi? Aut in quo contristavi te? Responde mihi.

Aña. Crucem tuam adoramus Domine: & sanctam Resurrectionem tuam laudamus, & glorificamus: ecce enim propter lignum venit gaudium in universo mundo.

Psal. Deus misereatur nostri, & benedìcat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Aña. Crucem tuam adoramus Domine: & sanctam Resurrectionem tuam laudamus,

&

& glorificamus : ecce enim propter lignum venit gaudium in universo mundo.

Crux fidelis, inter omnes arbor una nobilis : nulla silva talem profert, fronde, flore, germine. Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sustinet.

Hymn. Pange lingua gloriosi lauream certaminis, & super Crucis trophæo dic triumphũ nòbilem : qualitèr Redemptor orbis immolatus vicerit.

Crux fidelis, inter omnes arbor una nobilis: nulla silva talem profert, fronde, flore, germine.

℣. De parentis protoplasti fraude factor condolens: quando pomi noxialis in necem morsu ruit : ipse lignum tunc notavit, damna ligni ut solveret.

Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sustinet.

℣. Hoc opus nostræ salutis ordo depoposcerat : multiformis proditoris ars ut artem falleret : & medelam ferret inde, hostis unde læserat.

Crux fidelis, inter omnes arbor una nobilis : nulla silva talem profert, fronde, flore, germine.

℣. Quando venit ergo sacri plenitudo temporis, missus est ab arce Patris Natus, orbis Cõditor : àtque ventre virginali carne amictus prodiit.

Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sustinet.

℣. Vagit infans inter arcta conditus præsepia : membra pannis involuta Virgo mater alligat : & Dei manus, pedesque stricta cingit fascia.

Crux fidelis, inter omnes arbor una nobilis : nulla silva talem profert, fronde, flore, germine.

℣. Lustra sex qui jam peregit, tempus implens corporis, sponte libera Redemptor passioni deditus, Agnus in Crucis levatur immolandus stipite.

Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sustinet.

℣. Felle potus ecce languet, spina, clavi, lancea mite corpus perforarunt, unda manat, & cruor: terra, pontus, astra, mundus, quo lavantur flumine!

Crux fidelis, inter omnes arbor una nobilis : nulla silva talem profert, fronde, flore, germine.

℣. Flecte ramos arbor alta, tensa laxa viscera, & rigor lentescat ille, quem dedit nativitas:

tas: & superni membra Regis tende miti stipite.

Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sustinet.

℣. Sola digna tu fuisti ferre mundi victimam: atque portum præparàre arca mundo naufrago; quam sacer cruor perunxit, fusus Agni corpore.

Crux fidelis, inter omnes arbor una nobilis: nulla silva talem profert, fronde, flore germine.

Sempiterna sit beatæ Trinitati gloria, æqua Patri, filioque, par decus Paràclito: Unius, Trinique nomen laudet universitas. Amen.

Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sustinet.

A la Procession, Hymnus.

Vexilla Regis prodeunt:
Fulget Crucis mysterium,
Qua vita mortem pertulit,
Et morte vitam protulit.
Quæ vulnerata lanceæ
Mucrone diro, criminum
Ut nos lavaret sordibus,
Manavit unda, & sanguine.
Impleta sunt, quæ concinit
David fideli carmine,
Dicendo nationibus:
Regnàvit à ligno Deus.
Arbor decòra, & fulgida,
Ornata Regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta mēbra tangere.
Beata, cujus brachiis
Prètium pependit sæculi,
Statèra facta corporis,
Tulitque prædam tartari.
O Crux ave spes unica,
Hoc Passionis tempore
Piis adauge gratiam,
Reisque dele crimina.
Te, fons salutis, Trinitas,
Collaudet omnis spiritus:
Quibus Crucis victoriam
Largiris, adde præmiũ. Amẽ

En la Procession del Sãtissimo Sacramento se canta el Hymno: Pange lingua gloriosi, pag. 8. *y los siguientes. Y en concluyendolos se buelven à repetir, hasta finalizar la Procession.*

Sacris solemniis jũcta sint gaudia,
Et ex pręcordiis sonent præconia;
Recedant vetera, nova sint omnia.
Corda, voces, & opera.
Noctis recolitur cœna novissima;
Qua Christus creditur agnum & azyma
Dedisse fratribus, juxta legitima
Priscis indulta Patribus.

Post

Post agnum typicum, expletis epulis,
Corpus Dominicum datum discipulis,
Sic totum omnibus, quod totum singulis
Ejus fatemur manibus.
Dedit fragilibus corporis ferculum,
Dedit, & tristibus sanguinis poculum,
Dicens, Accipite quod trado vasculum,
Omnes ex eo bibite.
Sic sacrificium istud instituit,
Cujus officium committi voluit.
Solis presbyteris, quibus sic congruit,
Ut sumant, & dent ceteris.
Panis Angelicus fit panis hominum;
Dat panis cælicus figuris terminum:
O res mirabilis! Manducat Dominum
Pauper, servus, & humilis.
Te trina Deitas, unaque poscimus,
Sic nos tu visita, sicut te colimus:
Per tuas semitas duc nos quo tendimus
Ad lucem, quam inhabitas. Amen.

HYMNO.

Verbum supernum prodiens,
Nec Patris linquens dexterá,
Ad opus suum exiens,
Venit ad vitæ vesperam.
In mortem à discipulo
Suis tradendus æmulis,
Prius in vitæ ferculo
Se tradidit discipulis.
Quibus sub bina specie
Carnem dedit & sanguinem;
Ut duplicis substantiæ
Totum cibaret hominem.
Se nascens dedit socium,
Convescens in edulium,
Se moriens in pretium,
Se regnans dat in præmium.
O salutaris Hostia,
Quæ cœli pandis ostium!
Bella præmunt hostilia,
Da robur, fer auxilium.
Uni trinoque Domino
Sit sempiterna gloria:
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria. Amen.

℣. Panen de cœlo præstitisti eis, alleluia.

℟. Omne delectamentum in se habentem, alleluia.

OREMUS.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue quæsumus, ita nos Cor-

poris, & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari; ut redemptionis tuę fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Al empezar la Proceſſion de las Letanias.

Aña. Exurge Domine, adjuva nos, & libera nos propter nomen tuum.

Pſal. Deus auribus noſtris audivimus: Patres noſtri annũtiaverunt nobis. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat, &c. *Y ſe repite la Aña.* Exurge Domine.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

D*Icitur extra tempus Paſchale prima cujuſque menſis die, non impedita Feſto novem Lectionum, alioquin alia ſequenti die ſimiliter non impedita. In Adventu autem, & Quadrageſima, Feria ſecunda cujuslibet Hebdomadæ ſimiliter non impedita, præterquam in majori Hebdomada. In Choro dicitur poſt Officium diei, id eſt, Veſperæ poſt Veſperas, & Matutinum poſt Laudes diei, niſi alia ſit conſuetudo Eccleſiarum; extra Chorum vero pro opportunitate temporis.*

Ad veſperas abſolutè incipitur ab Aña. Placebo Domino.

Pſalmus. 114.

DIlexi, quoniam exaudiet Dominus * vocem orationis meæ.

Quia inclinavit aurem ſuam mihi: * & in diebus meis invocabo.

Circumdederunt me dolores mortis: * & pericula inferni invenerunt me.

Tribulationem, & dolorem inveni: * & nomen Domini invocavi.

O Domine libera animam meam: * miſericors Dominus, & juſtus, & Deus noſter miſeretur.

Cuſtodiens parvulos Dominus: * humiliatus ſum, & liberavit me.

Convertere anima mea in requiem tuam: * quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte, * oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapſu.

Placebo Domino: * in regione vivorum.

In fine omnium Pſalmorum dicitur.

Requiem æternam * dona eis Domine.

Et lux perpetua * luceat eis.

Pla-

Aña. Placebo Domino in regione vivorum.

Aña. Hei mihi Domine.

Psal. 119.

AD Dominum cum tribularer clamavi: * & exaudivit me.

Domine libera animam meã à labiis iniquis, * & à lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ * cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar: * multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderũt pacem, eram pacificus: * cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Requiem æternam.

Aña. Hei mihi Domine, quia incolatus meus prolongatus est.

Aña. Dominus custodit te.

Psal. 120.

LEvavi oculos meos in montes, * unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino, * qui fecit cœlum, & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: * neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, * qui custodit Israël.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua, * super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te, * neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: * custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum; * ex hoc nunc, & usque in sæculum. Requiem æternam.

Aña. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Aña. Si iniquitates.

Psalmus. 129.

DE profundis clamavi ad te Domine: * Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intẽdentes; * in vocem deprecationis meę.

Si iniquitates observaveris Domine: * Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo

bo ejus: * ſperavit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina uſque ad noctem; * ſperet Iſraël in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia, * & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſraël, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam.

Aña. Si iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis ſubſtinebit?

Aña. Opera.

Pſalmus. 137.

Contifitebor tibi Domine in toto corde meo: * quoniã audiſti verba oris mei.

In conſpectu Angelorum pſallam tibi: * adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Super miſericordia tua, & veritate tua: * quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum.

In quacumque die invocavero te, exaudi me; * multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ: * quia audierunt omnia verba oris tui:

Et cantent in viis Domini: * quoniam magna eſt gloria Domini.

Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit: * & alta à longè cognoſcit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: * & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam, & ſalvũ me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: * Domine miſericordia tua in ſæculum: opera manuum tuarum ne deſpicias. Requiem æternam.

Aña. Opera manuum tuarum Domine ne deſpicias.

℣. Audivi vocem de cœlo dicentem mihi.

℟. Beati mortui qui in Domino moriuntur.

Ad Magnificat, Aña.

Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum, qui venit ad me, non ejiciam foras.

Preces infraſcriptæ dicuntur flexis genibus, ſimiliter & ad Laudes.

Pater noſter. *ſecretò.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

Pſal.

Psal. 145.

LAuda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea : * psallam Deo meo quandiu fuero.

Nolîte confidere in principibus ; * in filiis hominum , in quibus non est salus.

Exibit spiritus ejus, & revertetur in terram suam : * in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus , cujus Deus Jacob adjutor ejus , spes ejus in Domino Deo ipsius : * qui fecit cœlum & terram , mare , & omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in sæculum , facit judicium injuriam patientibus : * dat escam esurientibus.

Dominus solvit cõpeditos: * Dominus illuminat cæcos.

Dominus èrigit elìsos: * Dominus diligit justos.

Dominus custodit advenas, pupillum & viduam suscipiet : * & vias peccatorũ disperdet.

Regnabit Dominus in sæcula, Deus tuus Sion : * in generationem & generationem.

Cujus loco ad Laudes dicitur Psal. De profundis. *Qui Psalmi non dicuntur in die omnium fidelium Defunctorum. In fine Psal.*

Requiem æternam * dona eis Domine. Et lux perpetua * luceat eis.

Deinde ℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Requiescant in pace.

℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationẽ meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

DEus, qui inter Apostolicos sacerdotes , famulos tuos Pontificali , seu sacerdotali fecisti dignitate vigêre: præsta quæsumus ; ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

DEus , veniæ largitor, & humanæ salutis amator : quæsumus clementiam tuam , ut nostræ congregationis fratres , propinquos , & benefactores , qui ex hoc sæculo trãsierunt, beata MARIA semper virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis , ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

FIdelium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remiſsionem cũctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

In die verò Commemorationis omnium fidelium Defunctorum, quando dicitur hæc ultima tantum Oratio, dicitur: Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

In exequiis, & in die depoſitionis Defuncti pro Sacerdote.

ORATIO.

DEus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Sacerdotali feciſti dignitate vigère: præſta quæſumus; ut eorum quoque perpetuo aggregètur conſortio. Per Dominum.

Pro non Sacerdote.

ORATIO.

ABſolve, quæſumus Domine, animam famuli tui N. ut defunctus ſæculo, tibi vivat: & quæ per fragilitatem carnis humana converſatione commiſit, tu venia miſericordiſsimæ pietatis abſterge. Per Dominum.

Si fuerit femina, dicatur: animam famulæ tuæ N. ut defuncta.

In Anniverſario die.

ORATIO.

DEus indulgentiarum Domine, da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum anniverſarium depoſitionis diem commemoramus, refrigerij ſedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dominum noſtrum.

Si pro uno tantùm ſit Anniverſarium, dicitur in ſingulari numero.

Pro uno Epiſcopo defuncto.

ORATIO.

DEus, qui inter Apoſtolicos ſacerdotes famulum tuum N. Pontificali feciſti dignitate vigère: præſta quæſumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur conſortio. Per Dominum.

Si fuerit Sacerdos, dicitur: Sacerdotali feciſti, &c.

Pro fratribus verò & familiaribus, vel benefactoribus, dicitur oratio. Deus, veniæ largìtor. *ut ſuprà.*

Pro patre, & matre.

ORATIO.

DEus, qui nos patrem & matrem honorare præcepisti: miserère clementer animabus patris ac matris meæ, eorumque peccata dimitte: meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum.

Si fit pro pluribus, dicatur: animabus parentũ nostrorũ; *& ubi dicitur* meque, *dicatur* nosque.

Si pro patre tantùm, dicatur animæ patris mei, *vel* nostri.

Si pro matre tantùm, dicatur animæ matris meæ, *vel* nostræ.

Pro uno defuncto.

ORATIO.

INclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui, quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas, & Sanctorum tuorum jubeas esse cõsortem. Per Dominum.

Pro una defuncta.

ORATIO.

QUæsumus Domine, pro tua pietate miserère animæ famulæ tuæ; & à contagiis mortalitatis exutã, in æternæ salvationis partem restitue. Per Dominum.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Requiescant in pace.

℟. Amen.

Ad Matutinum. Invitatorium.

Regem, cui omnia vivunt, * venite adoremus. *Psalmus.* Venite, exultemus. *Et in fine.* Requiem æternam dona eis Domine; & lux perpetua luceat eis.

Hoc Invitatorium dicitur tantùm in die Commemor. omnium fidelium Defunctorum, & in die depositionis Defuncti, quibus diebus dicuntur tres infrascripti Nocturni, & Antiphonæ duplicantur. Aliis temporibus dicitur tantùm unum Nocturnum cum Laudibus, hoc ordine: Feria ij. *&* v. *primum Nocturnum: Feria* iij. *&* vj. *secundum Nocturnum: Feria quarta & Sabbato tertium Nocturnum.*

IN PRIMO NOCTURNO.

Pro Feria secunda, & quinta.

Antiphona. Dirige.

Psalmus. 5.

VErba mea auribus percipe Domine, * intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meę, * Rex meus, & Deus meus.

Quoniam ad te orabo: * Domine, manè exaudies vocem meam.

Manè astabo tibi, & videbo: quo-

* quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus: * neque permanebunt injusti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus: * ego autem in multitudine misericordiæ tuæ;

Introibo in domum tuam: * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in justitia tua: * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: * cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, * judica illos Deus.

Dècidant à cogitationibus suis, secundùm multitudinem impietatum eorũ expelle eos: * quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes, qui sperant in te, * in æternum exultabunt: & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quoniam tu benedices isto.

Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ * coronasti nos.

Requiem æternam.

Aña. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam. *Aña.* Convèrtere.

Psalmus 6.

DOmine, ne in furore tuo arguas me, * neque in ira tua corripias me.

Miserère mei Domine, quoniam infirmus sum: * sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valdè: * sed tu Domine usquequò?

Convertere Domine, & eripe animam meam: * salvum me fac propter misericordiam tuã.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: * in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectũ meum: * lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: * quoniam exaudivit Dominus vocẽ fletus mei.

Ex-

Exaudivit Dominus deprecationem meam, * Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: * convertantur & erubescant valdè velociter.

Requiem æternam.

Aña. Convèrtere Domine, & eripe animam meam: quoniam non est in morte qui memor sit tui.

Aña. Nequando.

Psalmus. 7.

DOmine Deus meus, in te speravi: * salvum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.

Nequando rapiat ut leo animam meam, * dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud, * si est iniquitas in manibus meis:

Si reddidi retribuentibus mihi mala, * dècidam meritò ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & cõculcet in terra vitam meã, * & gloriam meam in pulverem deducat.

Exurge Domine in ira tua: * & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti: * & synagoga populorum circùmdabit te.

Et propter hanc in altum regredere: * Dominus judicat populos.

Judica me Domine secundùm justitiam meã, * & secundùm innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum, & diriges justum, * scrutans corda & renes Deus.

Justum adjutorium meum à Domino, * qui salvos facit rectos corde.

Deus judex justus, fortis, & patiens: * numquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit: * arcum suum tetendit, & paravit illum:

Et in eo paravit vasa mortis: * sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturiit injustitiam: * concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, & effodit eum: * & incidit in foveam, quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus: * & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.

Confitebor Domino secundùm justitiam ejus : * & psallã nomini Domini altissimi.

Requiem æternam.

Aña. Nequando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum.

Pater noster. *totum secretò.*

Lectiones leguntur sine Absolutione, Benedictionibus, & Titulo.

Lectio i. *Iob.* 7. *d.*

PArce mihi Domine ; nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eũ? aut quid apponis erga eum cor tuum ? Visitas eum diluculò, & subitò probas illum. Usquequò non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? Peccavi, quid faciam tibi ò custos hominum ? quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi gravis ? Cur nõ tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatẽ meam ? ecce nunc in pulvere dormiam : & si manè me quæsieris, non subsistam.

Lectiones terminantur sine Tu autem, *vel alia conclusione.*

℟. Credo quòd Redemptor meus vivit : & in novissimo die de terra surrecturus sum : * Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum.

℣ Quem visurus sum ego ipse, & non alius, & oculi mei conspecturi sunt. Et in carne.

Lectio ij. *Iob.* 10.

TÆdet animam meam vitę meæ, dimittam adversum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ. Dicam Deo : Noli me condemnare : indica mihi cur me ita judices? Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & consilium impiorum adjuves ? Numquid oculi carnei tibi sunt : aut sicut videt homo, & tu videbis ? Numquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, ut quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scrutêris ? Et scias quia nihil impium fecerim, cùm sit nemo qui de manu tua possit erùere.

℟. Qui Lazarum resuscitasti à monumento fœtidum : * Tu eis Domine dona requiem, & locum indulgentiæ.

℣. Qui venturus es judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. Tu eis Domine.

Lectio iij. *Iob.* 10. *b.*

MAnus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu: & sic repentè præcipitas me? Memento quæso quòd sicut lutum feceris me, & in pulverem redùces me. Nònne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carnibus vestisti me: ossibus & nervis compegisti me. Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum.

℟. Domine, quando veneris judicare terram, ubi me abscondam à vultu iræ tuæ? * Quia peccavi nimis in vita mea.

℣. Commissa mea pavesco, & ante te erubesco: dum veneris judicare, noli me condemnare. Quia peccavi.

℣. Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Qui peccavi.

Posteà ad Laudes, ut infrà, quando dicitur unum tantum Nocturnum.

IN II. NOCTURNO.

Pro Feria tertia & sexta.

Antiphona. In loco pascuæ.

Psalmus. 22.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: * in loco pascuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me: * animam meam convertit.

Deduxit me super semitas justitiæ, * propter nomen suũ.

Nam & si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: * quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus, * ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, * adversus eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: * & calix meus inebriãs quàm præclarus est!

Et misericordia tua subsequetur me * omnibus diebus vitæ meæ:

Et ut inhabitem in domo Domini, * in longitudinem dierum. Requiem æternam.

Aña. In loco pascuæ ibi me collocavit.

Aña. Delicta. *Psalmus* 24.

AD te Domine levavi animam meam: * Deus meus in te confido, non erubescam:

Neque irrideant me inimici mei: * etenim universi, qui sustinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes * supervacuè.

Vias tuas Domine demõstra

 mihi:

mihi : * & ſemitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me: * quia tu es Deus ſalvator meus , & te ſuſtinui tota die.

Reminiſcere miſerationum tuarum Domine , * & miſericordiarum tuarum , quæ à ſæculo ſunt.

Delicta juventutis meæ , * & ignorantias meas ne memineris.

Secundùm miſericordiam tuam memento mei tu : * propter bonitatem tuam Domine.

Dulcis & rectus Dominus:* propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget manſuetos in judicio: * docebit mites vias ſuas.

Univerſæ viæ Domini, miſericordia & veritas,* requirentibus teſtamentum ejus & teſtimonia ejus.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: * multum eſt enim.

Quis eſt homo qui timet Dominum ? * legem ſtatuit ei in via, quam elegit.

Anima ejus in bonis demorabitur : * & ſemen ejus hereditabit terram.

Firmamentum eſt Dominus timentibus eum:* & teſt amentum ipſius ut manifeſtetur illis.

Oculi mei ſemper ad Dominum : * quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos.

Reſpice in me , & miſerère mei : * quia unicus & pauper ſum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt:* de neceſsitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam, & laborem meum : * & dimitte univerſa delicta mea.

Reſpice inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt , * & odio iniquo oderunt me.

Cuſtodi animam meam , & erue me : * non erubeſcam, quoniam ſperavi in te.

Innocentes & recti adhæſerunt mihi: * quia ſuſtinui te.

Libera Deus Iſraël,* ex omnibus tribulationibus ſuis.

Requiem æternam.

Aña. Delicta juventutis meę, & ignorantias meas ne memineris Domine.

Aña. Credo videre.

Pſalmus 26.

DOminus illuminatio mea, & ſalus mea, * quem timebo ?

Dominus protector vitæ meæ, * à quo trepidabo ?

Dum

Dum appropiant ſuper me nocentes, * ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei, * ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.

Si conſiſtant adverſum me caſtra, * non timebit cor meũ.

Si exurgat adverſum me prę-lium, * in hoc ego ſperabo.

Unam petij à Domino, hanc requiram, * ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ:

Ut videam voluptatem Domini, * & viſitem templũ ejus.

Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: * in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

In petra exaltavit me: * & nunc exaltavit caput meum ſuper inimicos meos.

Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus hoſtiam vociferationis: * cantabo, & pſalmum dicam Domino.

Exaudi Dñe vocem meam, qua clamavi ad te: * miſerère mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquiſivit te facies mea: * faciem tuam Domine requiram.

Ne avertas faciem tuam à me: * ne declines in ira à ſervo tuo.

Adjutor meus eſto: * ne derelinquas me, neque deſpicias me Deus ſalutaris meus.

Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: * Dominus autem aſſumpſit me.

Legem pone mihi Domine in via tua: * & dirige me in ſemitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: * quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.

Credo videre bona Domini * in terra viventium.

Expecta Dominum, viriliter age: * & cõfortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.

Requiem æternam.

Aña. Credo videre bona Domini in terra viventium.

℣. Collocet eos Dominus cum principibus. ℟. Cum principibus populi ſui. Pater noſter. *totum ſecreto.*

Lectio iiij. *Iob.* 13. *d.*

RESponde mihi: Quantas habeo iniquitates & peccata, ſcelera mea & delicta oſtende mihi. Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum? Contra folium, quod vento rapitur, oſtendis po-

potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris: Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti: Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea.

℟. Memento mei Deus, quia ventus est vita mea, * Nec aspiciat me visus hominis.

℣. De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. Nec aspiciat.

Lectio v. *Iob.* 14.

HOmo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & numquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super hujuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in judicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nònne tu qui solus es? Breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud te est; constituisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt. Recède paululùm ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarij dies ejus.

℟. Hei mihi Domine, quia peccavi nimis in vita mea: Quid faciam miser? ubi fugiam, nisi ad te Deus meus? * Miserère mei, dum veneris in novissimo die. ℣. Anima mea turbata est valdè, sed tu Domine succurre ei. Miserère mei.

Lectio vj. *Iob.* 14. *c.*

QUis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putàsne mortuus homo rursum vivat? cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidē gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

℟. Ne recorderis peccata mea Dñe. * Dum veneris judicare sæculum per ignem.

℣. Dirige Dñe Deus meus in conspectu tuo viam meā. Dū veneris. ℣. Requiē æternam. Dū veneris.

Pos-

Postea ad Laudes, ut infrà quando dicitur unum tantùm Nocturnum.

IN III. NOCTURNO.

Pro Feria quarta & Sabbato.

Aña. Cõplaceat.

Psalmus 39.

EXpectans expectavi Dominũ, * & intendit mihi.

Et exaudivit preces meas: * & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.

Et statuit super petrã pedes meos: * & direxit gressus meos.

Et immisit in os meũ canticũ novũ, * carmẽ Deo nostro.

Videbunt multi, & timebunt: * & sperabunt in Dño.

Beatus vir, cujus est nomen Dñi spes ejus: * & non respexit in vanitates & insanias falsas.

Multa fecisti tu Dñe Deus meus mirabilia tua: * & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annũtiavi, & locutus sum: * multiplicati sunt super numerum.

Sacrificiũ & oblationẽ noluisti: * aures autẽ perfecisti mihi.

Holocaustũ & pro peccato non postulasti: * tunc dixi: Ecce venio.

In capite libri scriptũ est de me, ut facerẽ voluntatẽ tuã: * Deus meus volui, & legẽ tuã in medio cordis mei.

Annuntiavi justitiã tuã in ecclesia magna, * ecce labia mea non prohibebo: Dñe tu scisti.

Justitiã tuã non abscondi in corde meo: * veritatẽ tuã & salutare tuũ dixi.

Non abscondi misericodiã tuã, & veritatẽ tuam, * à concilio multo.

Tu autẽ Dñe ne longè facias miserationes tuas à me: * misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.

Quoniã circũdederunt me mala, quorũ non est numerus: cõprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderẽ.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: * & cor meũ dereliquit me.

Cõplaceat tibi Dñe ut eruas me: * Dñe ad adjuvandũ me respice.

Confundantur & revereantur simul, qui quærunt animã meã, * ut auferant eã.

Convertantur retrorsũ, & revereantur, * qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionẽ suã, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exul-

Exultent, & lætentur super te omnes quærentes te: * & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum, & pauper: * Dominus sollicitus est mei.

Adjutor meus, & protector meus tu es: * Deus meus ne tardaveris.

Requiem æternam.

Aña. Complaceat tibi Domine, ut eripas me: Domine ad adjuvandum me respice.

Aña. Sana Domine.

Psalmus 40.

BEatus qui intelligit super egenum & pauperem: * in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conservet eum, & vivificet eum & beatum faciat eũ in terra: * & non tradat eũ in animã inimicorum ejus.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus: * universum stratũ ejus versasti in infirmitate ejus.

Ego dixi: Domine miserère mei: * sana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: * Quando morietur, & peribit nomen ejus?

Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur, * cor ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras, * & loquebatur in idipsum.

Adversum me susurrabant omnes inimici mei: * adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me: * Numquid qui dormit, non adjiciet, ut resurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo speravi: * qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.

Tu autem Domine miserère mei, & resuscita me: & retribuam eis.

In hoc cognovi, quoniam voluisti me: * quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: * & confirmasti me in conspectu tuo in æternũ.

Benedictus Dñs Deus Israël à sæculo, & usque in sæculũ: * fiat, fiat.

Requiem æternam.

Aña. Sana Domine animam meam, quia peccavi tibi.

Aña. Sitivit.

Psal-

Psalmus 41.

QUemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum:* ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: * quando veniam & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: * dum dicitur mihi quotidie: ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: * quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei:

In voce exultationis,& confessionis: * sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? * & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: * salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est: * protereà memor ero tui de terra Jordanis, & Hermoniim à mõte modico.

Abyssus abissum invocat, * in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua,& fluctus tui * super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam; * & nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ, * dicam Deo: Susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? * & quare contristatus incedo,dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, * exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? * quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: * salutare vultus mei, & Deus meus.

Requiem æternam.

Aña. Sitivit anima mea ad Deum vivum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dñi?

℣. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. ℟. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. Pater noster. *totum secretò.*

Lectio vij. *Iob*. 17.

SPiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, & solum mihi superest sepulchrũ. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine, & pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meæ

dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est, & in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es; mater mea, & soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiam meam quis considerat?

℟. Peccantem me quotidie, & non me pœnitentem, timor mortis conturbat me: * Quia in inferno nulla est redemptio, miserère mei Deus, & salva me.

℣. Deus in nomine tuo salvum me fac, & in virtute tua libera me. Quia.

Lectio viij. *Iob.* 10. *c.*

PElli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodò labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim quòd Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum: Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius: reposita est hæc spes mea in sinu meo.

℟. Domine secundùm actum meum noli me judicare: nihil dignum in conspectu tuo egi: ideò deprecor majestatem tuã, * Ut tu Deus deleas iniquitatem meam. ℣. Ampliùs lava me Domine ab injustitiã mea, & à delicto meo munda me. Ut tu Deus.

Lectio ix. *Iob.* 10. *d.*

QUare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? dimitte ergo me, ut plangam paululùm dolorem meum: antequam vadam, & non revertar, ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine: terram miseriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

℟. Libera me Domine de

viis inferni, qui portas æreas confregisti: & visitasti infernum, & dedisti eis lumen, ut viderent te: * Qui erant in pœnis tenebrarum. ℣. Clamantes & dicentes: Advenisti Redemptor noster. Qui erant.
℣. Requiem æternã. Qui erant.

Sequens ℟. dicitur solummodò in die Commemorationis omniũ fidelium Defunctorum, & quandocumque pro Defunctis dicuntur novem Lectiones.

℟. Libera me Domine de morte æterna, in die illa tremenda: * Quando cœli movendi sunt & terra: * Dum veneris judicare sæculum per ignem. ℣. Tremens factus sum ego, & timeo, dum discussio venerit, atque vẽtura ira. Quãdo. ℣. Dies illa, dies iræ, calamitatis & miseriæ, dies magna & amara valdè. Dum veneris. ℣. Requiem æternam. Libera me. *usque ad primum* ℣.

AD LAUDES.

absolute incipitur

Añа. Exultabunt Domino.

Psalmus 50.

MIserère mei Deus, * secundùm magnam misericordiam tuam:

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitate mea: * & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meã ego cognosco: * & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta & oculta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor: * lavabis me, & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: * & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundũ crea in me Deus, * & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me à facie tua: * & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: * & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: *

& impij ad te convertentur.

Libera me de sãguinibus Deus Deus ſalutis meę : * & exultabit lingua mea juſtitiam tuã.

Domine, labia mea aperies: * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique: * holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus : * cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion : * ut ædificentur muri Jeruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes, & holocauſta: * tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Requiem æternam.

Aña. Exultabunt Domino oſſa humiliata.

Aña. Exaudi Domine.

Pſalmus 64.

TE decet hymnus Deus in Sion: * & tibi reddetur votum in Jeruſalem.

Exaudi orationem meam: * ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævalurunt ſuper nos : * & impietatibus noſtris tu propitiaberis.

Beatus, quem elegiſti, & aſſumpſiſti: * inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ : * ſanctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, * ſpes omnium finium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: * qui conturbas profundum maris, ſonum fluctuum ejus.

Turbabuntur Gentes, & timebunt qui habitant terminos à ſignis tuis: * exitus matutini & veſpere delectabis.

Viſitaſti terram, & inebriaſti eam: * multiplicaſti locupletare eam.

Flumen Dei repletum eſt aquis; paraſti cibum illorum: * quoniã ita eſt præparatio ejus.

Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus : * in ſtillicidiis ejus lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ : * & campi tui replebuntur ubertate.

Pingueſcent ſpecioſa deſerti : * & exultatione colles accingentur.

Induti ſunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento: * clamabunt ; etenim hymnũ dicent. Requiem æternam.

Aña.

Aña. Exaudi Dominè orationem meam, ad te omnis caro veniet.

Aña. Me ſuſcepit.

Pſalmus 62.

DEus Deus meus * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea, * quàm multipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta, & invia, & inaquoſa: * ſic in ſancto apparui tibi, ut vidèrem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: * labia mea laudabunt te.

Sic benedicā te in vita mea: * & in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: * & labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te: * quia fuiſti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæſit anima mea poſt te: * me ſuſcepit dextera tua.

Ipſi verò in vanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: * tradentùr in manus gladij, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: * quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

Hìc non dicitur, Requiem.

Pſalmus 66.

DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis, * illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Ut cognoſcamus in terra viam tuam, * in omnibus Gentibus ſalutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent Gentes: * quoniam judicas populos in æquitate, & Gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus, * & metuant eum omnes fines terræ.

Requiem æternam.

Aña. Me ſuſcepit dextera tua Domine.

Aña. A porta inferi.

Can-

Canticum Ezechiæ. Isaię 38. b.

EGo dixi: In dimidio dierum meorum * vadam ad portas inferi.

Quæsivi residuum annorum meorum, * dixi: Non videbo Dñm Deū in terra viventium.

Non aspiciam hominem ultrà, * & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est, & convoluta est à me, * quasi tabernaculum pastorum.

Præcisa est velut à texente, vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me: * de manè usque ad vesperam finies me.

Sperabam usque ad manè, * quasi leo sic contrivit omnia ossa mea:

De manè usque ad vesperā finies me: * sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba:

Attenuati sunt oculi mei, * suspicientes in excelsum:

Domine vim patior, responde pro me. * Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cùm ipse fecerit?

Recogitabo tibi ōnes annos meos * in amaritudine animæ meæ.

Domine si sic vivitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & vivificabis me. * Ecce in pace amaritudo mea amarissima:

Tu autem eruisti animam meam, ut non periret, * projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: * non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatē tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: * pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine salvum me fac: * & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

Requiem æternam.

Aña. A porta inferi erue Domine animam meam.

Aña. Omnis spiritus laudet Dominum.

Psal. Laudate Dominum de cœlis.

℣. Audivi vocem de cœlo dicentem mihi.

℟. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Ad Benedictus, Aña.

EGo sum resurrectio, & vita: qui credit in me etiā si mortuus fuerit, vivet: & omnis qui vivit, & credit in me, non

non morietur in æternum.

Deinde Pater noster. *Psal.* De profundis. *Cum Precibus & Orationibus, ut supra in Vesp. pag.* 20.

PSALMI GRADUALES.

Dicuntur in Quadragesima Feria quarta cujuslibet Hebdomadæ, non impedita aliquo Festo novem Lectionum: in Choro ante Matutinum diei, extra Chorum pro opportunitate temporis.

Primi quinque Psalmi dicuntur sine Gloria Patri. *Sed in fine ultimi dicitur*, Requiem æternam.

Incipitur absolutè sine Aña.

Psalmus 119.

AD Dominum cùm tribularer clamavi: * & exaudivit me.

Domine libera animam meã à labiis iniquis, * & à lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ, * cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cũ habitantibus Cedar: * multùm incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacẽ, eram pacificus; * cũ loquebar illis, impugnabant me gratis.

Psalmus 120.

LEvavi oculos meos in mõtes, * unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: * neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, * qui custodit Israël.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua, * super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te, * neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: * custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum; * ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Psalmus 121.

LÆtatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * in domũ Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, * in atriis tuis Jerusalem.

Jerusalem, quæ ædificatur ut civitas: * cujus participatio ejus in idipsum.

Illùc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, * testimonium Israël, ad confitendum nomini Dñi.

Quia illic ſederunt ſedes in judicio, * ſedes ſuper domum David.

Rogate quæ ad pacem ſunt Jeruſalem: * & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: * & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos, * loquebar pacem de te:

Propter domũ Domini Dei noſtri, * quæſivi bona tibi.

Pſalmus 122.

AD te levavi oculos meos, * qui habitas in cœlis.

Ecce ſicut oculi ſervorum, * in manibus dominorũ ſuorũ,

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: * ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.

Miſerère noſtri Domine, miſerère noſtri: * quia multùm repleti ſumus deſpectione:

Quia multùm repleta eſt anima noſtra: * opprobriũ abundantibus, & deſpectio ſuperbis.

Pſalmus 123.

NIſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſraël: * niſi quia Dominus erat in nobis.

Cùm exurgerent homines in nos, * fortè vivos deglutiſſent nos:

Cùm iraſceretur furor eorũ in nos, * forſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Torrentem pertranſivit anima noſtra: * forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquã intolerabilem.

Benedictus Dominus, * qui non dedit nos in captionẽ dentibus eorum.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt * de laqueo venantium.

Laqueus contritus eſt, * & nos liberati ſumus.

Adjutoriũ noſtrum in nomine Dñi, * qui fecit cœlum & terram.

Requiem æternã * dona eis Domine.

Et lux perpetua * luceat eis.

Deinde dicitur flexis genibus,

Pater noſter. *ſecretò.* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

Oremus. *Oratio.*

ABſolve, quæſumus Domine, animas famulorũ famularumque tuarum, & omnium fidelium defunctorum, ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria inter sãctos & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

Poſt Orationem ſtatim dicuntur alij Pſalmi Graduales, qui ſequuntur: & in fine cujuſlibet Pſalmi dicitur, Gloria Patri.

Pſalmus 124.

QUi cõfidunt in Domino, ſicut mons Sion: * non commovebitur in æternũ, qui habitat in Jeruſalem.

Montes in circuitu ejus: * & Dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem juſtorum: * ut non extendãt juſti ad iniquitatem manus ſuas.

Benefac Domine bonis, * & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cũ operantibus iniquitatem: * pax ſuper Iſraël.

Gloria Patri, & Filio.

Pſalmus 125.

IN convertẽdo Dominus captivitatem Sion, * facti ſumus ſicut conſolati:

Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum; * & lingua noſtra exultatione.

Tunc dicent inter Gentes: * Magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dñs facere nobiſcum: * facti ſumus lætantes.

Converte Domine captivitatem noſtram, * ſicut torrens in Auſtro.

Qui ſeminant in lacrymis, * in exultatione metent.

Euntes ibant & flebant, * mittentes ſemina ſua.

Venientes autem venient cum exultatione, * portantes manipulos ſuos.

Gloria Patri, & Filio.

Pſalmus 126.

NIſi Dominus ædificaverit domum, * in vanum laboraverunt, qui ædificant eam.

Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, * fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: * ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.

Cùm dederit dilectis suis sōnum: * ecce hereditas Dñi, filij; merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: * ita filij excussorum.

Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis: * non confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri, & Filio.

Psamus 127.

BEati omnes qui timent Dominum, * qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum quia manducabis: * beatus es, & benè tibi erit.

Vxor tua sicut vitis abundans, * in lateribus domus tuæ.

Filij tui sicut novellæ olivarum, * in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo, * qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: * & videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum, * pacem super Israël.

Gloria Patri & Filio.

Psalmus 128.

SÆpè expugnaverunt me à juventute mea, * dicat nunc Israël:

Sæpè expugnaverunt me à juventute mea: * etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores: * prolongaverunt iniquitatem suam.

Dominus justus concidit cervices peccatorum: * confundantur & convertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectorum: * quod priusquam evellatur, exaruit:

De quo non implevit manum suam qui metit, * & sinum suũ qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteribant: Benedictio Domini super vos: * benediximus vobis in nomine Domini.

Gloria Patri, & Filio.

Posteà dicitur flexis genibus,

Kyrie elèïson. Christe elèïson. Kyrie elèïson. Pater noster. *secretò*. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Memento congregationis tuæ. ℟. Quam possedisti ab initio. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. *Oratio.*

DEus, cui proprium est miserèri semper & parcere, suscipe deprecationem nostrã; ut nos, & omnes famulos tuos,

quos delictorū catena cōstringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Post Orationem statim dicuntur alij Psalmi Graduales, qui sequuntur: & in fine cujuslibet Psalmi dicitur, Gloria Patri.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Domine: * Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meę.

Si iniquitates observaveris Domine: * Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, * speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: * & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri, & Filio.

Psalmus 130.

DOmine, non est exaltatū cor meum: * neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis: * neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam: * sed exaltavi animam meam.

Sicut ablactatus est super matre sua, * ita retributio in anima mea.

Speret Israël in Domino, * ex hoc nunc & usque in sæculum.

Gloria Patri, & Filio.

Psalmus 131.

MEmento Domine David, * & omnis mansuetudinis eius:

Sicut juravit Domino, * votum vovit Deo Jacob:

Si introiero in tabernaculum domus meæ, * si ascendero in lectum strati mei:

Si dedero somnū oculis meis, * & palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis: donec inveniam locum Domino, * tabernaculū Deo Jacob.

Ecce audivimus eam in Ephrata: * invenimus eam in campis silvæ.

Introibimus in tabernaculum ejus: * adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.

Surge Dn̄e in requiem tuam, * tu & arca sāctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur justitiam: * & sancti tui exultent.

Propter David ſervum tuum, * non avertas faciem Chriſti tui.

Juravit Dominus David veritatem, & non fruſtrabitur eam: * De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Si cuſtodierint filij tui teſtamentū meum, * & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos:

Et filij eorum uſque in ſæculum, * ſedebunt ſuper ſedem tuam.

Quoniam elêgit Dominus Sion: * elêgit eam in habitationem ſibi.

Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: * hîc habitabo, quoniã elegi eam.

Viduam ejus benedicens benedicam: * pauperes ejus ſaturabo panibus.

Sacerdotes ejus induam ſalutari: * & ſancti ejus exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu David, * paravi lucernã Chriſto meo.

Inimicos ejus induam confuſione: * ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.

Gloria Patri, & Filio.

Pſalmus 132.

ECce quàm bonum, & quã jucundum, * habitare fratres in unum:

Sicut unguentum in capite, * quod deſcendit in barbã, barbam Aaron:

Quod deſcendit in oram veſtimenti eius: * ſicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion.

Quoniam illîc mandavit Dominus benedictionem, * & vitam uſque in ſæculum.

Gloria Patri, & Filio.

Pſalmus 133.

ECce nunc benedicite Dominum, * omnes ſervi Domini:

Qui ſtatis in domo Domini, * in atriis domus Dei noſtri.

In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, * & benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Siõ, * qui fecit cælum & terram.

Gloria Patri, & Filio.

Deinde dicitur flexis genibus.

Kyrie elèïſon. Chriſte elèïſon. Kyrie elèïſon. Pater noſter. *ſecretò.* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos à malo. ℣. Salvos fac ſervos tuos. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

Oremus. *Oratio.*

PRætende Domine famulis & famulabus tuis dexteram cæleſtis auxilij: ut te toto corde perquirant;& quę dignè poſtulant, cõſequi mereantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

SEPETM PSALMI.

Pœnitentiales cum Litaniis dicuntur flexis genibus in omnibus ſextis Feriis Quadrageſimæ, quando Officium ſit de Feria. Litanię autem, omiſsis Septem Pſalmis, dicuntur in Litaniis majoribus in feſto S. Marci, & in tribus diebus Rogationum. Dicuntur autem in Quadrageſ. in Choro poſt Matutinum, & Laudes diei, dicto Benedicamus Domino; *extra Chorum pro opportunitate temporis.*

Aña. Ne reminiſcaris.

Pſalmus 6.

DOmine, ne in furore tuo arguas me, ✻ neque in ira tua corripias me.

Miſerère mei Domine, quoniam infirmus ſum: ✻ ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valdè: ✻ ſed tu Domine uſquequo?

Convertere Domine, & eripe animam meam: ✻ ſalvũ me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: ✻ in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectũ meum: ✻ lacrymis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt à furore oculus meus: ✻ inveteravi inter omnes inimicos meos.

Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: ✻ quoniam exaudivit Dominus vocẽ fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam, ✻ Dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcant, & conturbentur vehemẽter omnes inimici mei: ✻ convertantur & erubèſcant valdè velociter.

Gloria Patri, & Filio.

Pſalmus 31.

BEati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates: ✻ & quorum tecta ſũt peccata.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, ✻ nec eſt in ſpiritu ejus dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt oſſa mea, ✻ dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata eſt ſuper me manus tua: ✻ converſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina. De-

Delictum meum cognitum tibi feci: * & injustitiam meam non abscondi.

Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam Domino: * & tu remisisti impietaté peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sãctus, * in tépore opportuno.

Verumtamen in diluvio aquarum multarum * ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circùmdedit me: * exultatio mea erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris: * firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus, * quibus nõ est intellectus.

In camo & fræno maxillas eorum constringe, * qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris, * sperantem autem in Domino misericordia circùmdabit.

Lætamini in Domino, & exultate justi, & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri. *Psalmus* 37.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: * neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: * & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: * non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: * & sicut onus grave gravatæ sunt super me.

Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ, * à facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, & curvatus sum usque in finem: * tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: * & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: * rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium meum: * & gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea; * & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

Amici mei, & proximi mei * adversum me appropinquaverunt, & steterunt.

Et qui juxta me erant, de longè steterunt: * & vim faciebant

bant qui quærebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates: * & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tamquam ſurdus non audiebam: * & ſicut mutus non aperiens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non audiens; * & non habens in ore ſuo redargutiones.

Quoniam in te Domine ſperavi: * tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi: Nequando ſupergaudeat mihi inimici mei: * & dum commoventur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.

Quoniam ego in flagella paratus ſum: * & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: * & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, & confirmati ſunt ſuper me: * & multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè.

Qui retribuũt mala pro bonis, detrahebant mihi: * quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me Dñe Deus meus: * ne diſceſſeris à me.

Intende in adiutoriũ meum, * Domine Deus ſalutis meæ.

Gloria Patri. *Pſalmus* 50.

MIſerère mei Deus, * ſecundùm magnam miſericordiam tuam:

Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum, * dele iniquitatem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitate mea: * & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: * & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci: * ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: * incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſopo, & mũdabor: * lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: * & exultabunt oſſa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis, * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundũ crea in me Deus: * & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.

Ne

Ne projicias me à facie tua: * & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: * & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: * & impij ad te convertentur.

Libera me de sãguinibus Deus, Deus salutis meæ: * & exultabit lingua mea justitiam tuã.

Domine, labia mea aperies: * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: * cor contritum & humiliatum Deus non despicies.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta: * tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri, & Filio.

Psalmus 101.

DOmine exaudi orationẽ meam: * & clamor meus ad te veniat.

Non avertas faciem tuam à me: * in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacumque die invocavero te, * velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: * & ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum: * quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei * adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicano solitudinis: * factus sum sicut nycticorax in domicilio.

Vigilavi, * & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: * & qui laudabant me, adversum me jurabant.

Quia cinerem tamquam panem manducabam, * & potum meum cum fletu miscebam.

A facie iræ & indignationis tuæ: * quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt: * & ego sicut fœnum arui.

Tu autem Domine in æternũ permanes: * & memoriale tuũ in generationem & generationem.

Tu exurgens misereberis Siõ: * quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt servis

tuis lapides ejus: * & terræ ejus miserebuntur.

Et timebunt Gentes nomen tuum Domine, * & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia edificavit Dn̄s Sion: * & videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium: * & non sprevit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera: * & populus, qui creabitur, laudabit Dominum:

Quia prospexit de excelso sácto suo: * Dominus de cœlo in terram aspexit:

Ut audiret gemitus compeditorum: * ut solveret filios interemptorum:

Ut annuntient in Sion nomen Domini: * & laudem ejus in Jerusalem.

In conveniendo populos in unum, * & reges ut serviant Domino.

Respondit ei in via virtutis suæ: * Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne revoces me in dimidio dierum meorum, in generationem & generationem anni tui.

Initio tu Domine terrã fundasti: * & opera manuum tuarum sunt cœli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes, * & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: * tu auté idem ipse es, & anni tui non deficient.

Filij servorum tuorum habitabunt: * & semen eorum in sæculum dirigetur.

Gloria Patri, & Filio.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Domine: * Domine exaudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Domine: * Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, * speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: * & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri, & Filio.

Psalmus 142.

DOmine exaudi orationẽ meam: auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua: * exaudi me in tua juſtitia.

Et non intres in judicium cum ſervo tuo; * quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: * humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi: * & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: * in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: * anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: * defecit ſpiritus meus.

Non avertas faciem tuam à me: * & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam: * quia in te ſperavi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: * quia ad te levavi animam mèam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: * propter nomen tuum Domine vivificabis me, in æquitate tua.

Edùces de tribulatione animam meam: * & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: * quoniam ego ſervus tuus ſum.

Gloria Patri, & Filio.

Aña. Ne reminiſcaris, Domine, delicta noſtra, vel parentum noſtrorum, neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

LITANIÆ.

KYrie eleïſon. Chriſte eleïſon Kyrie eleïſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miſerère nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, Miſerère nobis.
Spiritus ſancte Deus, Miſerère nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, Miſerère nobis.
Sancta Marìa, Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora.

San-

Sancta Virgo Virginum, ora.
Sancte Michaël, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphaël, ora.
Omnes Sancti Angeli & Archangeli, Orate pro nobis.
Omnes Sancti beatorum Spirituum ordines, orate.
Sancte Joannes Baptista, ora.
Omnes Sancti Patriarchæ & Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrèa, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Joannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomeæ, ora.
Sancte Mattheæ, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadeæ, ora.
Sancte Mathia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes Sãcti Apostoli & Euangelistæ, orate.
Omnes Sancti Discipuli Domini, orate.
Omnes Sancti Innocentes, orate pro nobis.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancti Fabiane & Sebastiane, orate pro nobis.
Sancti Joãnes & Paule, orate,
Sancti Cosma & Damiane, orate pro nobis.
Sãcti Gervasi & Protasi, orate.
Omnes Sancti Martyres, orate.
Sancte Silvester, ora.
Sancte Gregori. ora.
Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Augustine; ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolae, ora.
Omnes Sancti Pontifices & Confessores, orate.
Omnes Sancti Doctores, orate.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Francisce, ora.
Omnes Sancti Sacerdotes & Levitæ, orate.
Omnes Sancti Monachi & Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora,
Sancta Catharina, ora.
Sancta Anastasia, ora.
Omnes Sanctæ Virgines & Viduæ, orate.

Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.
Propitius esto, Parce nobis Domine.
Propitius esto, Exaudi nos Dñe
Ab omni malo, Libera nos Domine.
Ab omni peccato, libera.
Ab ira tua, libera.
A subitanea & improvisa morte, libera.
Ab insidiis diaboli, libera.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, libera.
A spiritu fornicationis, libera.
A fulgure & tempestate, libera.
A morte perpetua, libera.
Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ, libera.
Per adventum tuum, libera.
Per nativitatem tuam, libera.
Per baptismum, & sanctum jejunium tuum, libera.
Per crucem & passionem tuã, libera nos Domine.
Per mortem & sepulturam tuã, libera nos Domine.
Per sanctam resurrectionem tuam, libera.
Per admirabilem ascensionem tuam, libera.
Per adventum Spiritus Sancti Paracliti, libera.
In die judicij, libera.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas, te rogamus.
Ut nobis indulgeas, te rogamus audi nos.
Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, te rogamus audi nos.
Ut Ecclesiam tuam Sanctam regere & conservare digneris, te rogamus audi nos.
Ut domnum Apostolicum & omnes Ecclesiasticos ordines in sancta religione cõservare digneris, te rogamus.
Ut inimicos Sanctę Ecclesię humiliare digneris, te rogamus.
Ut regibus & principibus Christianis pacem & veram concordiam donare digneris, te rogamus audi nos.
Ut cuncto populo Christiano pacem & unitatem largiri digneris, te rogamus.
Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare & cõservare digneris, te rogamus.
Ut mentes nostras ad cœlestia desideria erigas, te rogamus.
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rogamus.
Ut animas nostras, fratrũ, propinquorum, & benefactorũ nostrorũ ab æterna damnatione eripias, te rogamus.
Ut fructus terrę dare & conser-

vare

vare digneris, te rogamus.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus.
Ut nos exaudire digneris, te rogamus audi nos.
Fili Dei, te rogamus.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Dñe.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Dñe.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserère nobis.
Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrie elèïson. Christe elèïson. Kyrie elèïson. Pater noster. *secretò.* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

Psalmus 69.

DEus in adjutoriũ meum intende: * Domine ad adjuvandum me festina.

Confundantur, & revereantur, * qui quærunt animam meam.

Avertantur retrorsum, & erubescant, * qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, * & dicant semper: Magnificetur Dominus: qui diligunt salutare tuum.

Ego verò egenus, & pauper sum: * Deus adjuva me.

Adjutor meus, & liberator meus es tu: * Domine ne morêris.

Gloria Patri. Sicut erat.

℣. Salvos fac servos tuos. ℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocère nobis.

℣. Domine non secundùm peccata nostra facias nobis. ℟. Neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.

℣. Oremus pro Pontifice nostro *N.* ℟. Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

℣. Oremus pro benefactoribus nostris. ℟. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternã, Amẽ.

℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.

℣. Requiscant in pace. ℟. Amen.

℣. Pro fratribus nostris absentibus. ℟. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.

℣. Mitte eis Domine auxilium de sancto. ℟. Et de Sion tuère eos.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. *Oratio.*

DEus, cui proprium est miserèri semper, & parcere: suscipe deprecationem nostram; ut nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis clementer absolvat.

EXaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacé.

INeffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEus, qui culpa offénderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice; & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

OMnipotens sempiterne Deus, miserère famulo tuo Pontifici nostro *N.* & dirige eum secundùm tuam clementiam in viam salutis æternæ: ut te donante tibi placita cupiat; & tota virtute perficiat.

DEus, à quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tẽpora sint tua protectione tranquilla.

URe igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum, Domine: ut tibi casto corpore serviamus, & mundo corde placeamus.

FIdelium Deus omniũ Conditor & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.

ACtiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, & adjuvando proséquere: ut cuncta nostra oratio

&

& operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

OMnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide, & opere futuros esse prænoscis: te supplices exoramus; ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Exaudiat nos omnipotēs & misericors Dn̄s. ℟. Amen.

℣. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

EXEQUIAS PARTICULARES.

En las Exequias, que se hazen quando llega la noticia de aver muerto algun Religioso, y en las que se hizieren por algun Bien-hechor, concluida la Vigilia con el tercero ℟. dize el Superior, ò el Hebdomadario: Pater noster.

℣. Et ne nos in ducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animam ejus.

℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulum tuum Fratrem nostrum *N.* Sacerdotali fecisti dignitate vigère: præsta quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominū nostrum Jesum-Christum, &c.

℣. Requiem æternam dona ei Domine. ℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

Si no fuere Sacerdote, dirà la siguiente oracion.

INclina, Domine, aurem tuā ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui Fratris nostri *N.* quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas, & Sāctorū tuorum jubeas esse consortem. Per Dominum nostrum, &c.

Si

Si fuere muger, dirà la siguiente.

QUæsumus Domine pro tua pietate miserère animæ famulæ tuæ *N.* & à cõtagiis mortalitatis exutã, in æternæ salvationis partem restitue. Per Dñum nostrum, &c.

En esta misma forma se haràn las Exequias el dia tercero, septimo, trigessimo, y Aniversario; y en la Missa se diràn las oraciones proprias, que pone el Missal.

COMMEMORACION de todos los fieles difuntos.

Este dia se cantan los Responsos siguientes, ò todos, ò los que fuere necessario.

Por nuestros Padres, y Madres.

℟. Memento mei Deus, quia ventus est vita mea, * Nec aspiciat me visus hominis.

℣. De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. Nec aspiciat me visus hominis.

℣. Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Nec aspiciat me.

Kyrie elèïson. Christe elèïson. Kyrie elèïson. Pater N.

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui nos Patrem & Matrem honoràre præcepisti; miserère clementer animabus Parentum nostrorum, eorumque peccata dimitte: nosque eos in æternæ claritatis gaudio fac vidère. Per Christũ Dominum nostrum. ℟. Amen.

Por nuestros Hermanos, y Bien-hechores.

℟. Ne recordèris peccata mea, Domine, * Dum veneris judicare sæculum per ignem.

℣. Dirige Dñe Deus meus in conspectu tuo viam meam. Dum veneris.

℣. Requiem æternam dona eis Domine; & lux perpetua luceat eis. Dum veneris.

Kyrie elèïson. Christe elèïson. Kyrie elèïson. Pater N.

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Do-

Domine animas eorum.

℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEus, veniæ largìtor, & humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Marìa semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum D. N. ℟. Amen.

Por el Fundador, si lo huviere.

℟. Libera me, Domine, de viis inferni, qui portas ęreas cõfregisti: & visitasti infernum, & dedisti eis lumen, ut vidèrent te: * Qui erant in pœnis tenebrarum.

℣. Clamantes & dicentes: Advenisti Redemptor noster. Qui erant.

℣. Requiem æternam dona ei Domine: & lux perpetua luceat ei. Qui erant.

Kyrie elèïson. Christe elèïson. Kyrie elèïson. Pater N.

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animam ejus.

℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

ABsolve, quæsumus Domine, animam famuli tui *N.* Fundatoris nostri, ut defunctus sæculo, tibi vivat: & quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Si fuere Sacerdote. Oratio.

DEus, qui inter Apostolicos Sacerdotes famulũ tuum *N.* Fundatorem nostrum Sacerdotali fecisti dignitate vigère: præsta quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Si fuèren dos se diràn los versos en plural, y la Oracion siguiente.

INclina, Domine, aurem tuã ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animas famulorum tuorum *N.* & *N.* Fundatorum nostrorum, quas de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas, & Sanctorum tuorum jubeas esse consortes. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Por la Fundadora, si la huviere.

℟. Domine, quando veneris judicare terram, ubi me abscondã à vultu iræ tuæ? * Quia peccavi nimis in vita mea.

℣. Commissa mea pavesco, & ante te erubesco: dum veneris judicare, noli me condemnàre. Quia peccavi.

℣. Requiem æternam dona ei Domine: & lux perpetua luceat ei. Quia peccavi.

Kyrie elèëson. Christe elèïson. Kyrie elèïson. Pater N.

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animam ejus.

℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

QUæsumus Domine, pro tua pietate miserère animæ famulæ tuæ *N.* Fundatricis nostræ: & à contagiis mortalitatis exutam, in æternę salvationis partem restitue. Per Christum D.N. ℟. Amen.

Por algun especial Bien-hechor.

℟. Dñe, secundum actum meum noli me judicare: nihil dignum in conspectu tuo egi: ideo deprecor majestatem tuã: * Ut tu Deus deleas iniquitatem meam.

℣. Amplius lava me Domine ab injustitia mea, & à delicto meo mũda me. Ut tu Deus.

℣. Requiem æternam dona ei Domine: & lux perpetua luceat ei. Ut tu Deus.

Kyrie elèïson. Christe elèïson. Kyrie elèïson. Pater N.

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animam ejus.

℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem

nem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

ABsolve, quæsumus Domine, animam famuli tui N. Benefactoris nostri ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria inter Sanctos & electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum D. N. ℟. Amen.

Si fuere Sacerdote. Oratio.

PReſta, quæsumus Domine, ut anima famuli tui N. Sacerdotis & Benefactoris nostri, quem in hoc sæculo commorantem sacris muneribus decorasti, in cœlesti sede gloriosa semper exultet. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Si fueren dos, ò mas, se diràn los versos, y la Oracion en plural.

Por todos los fieles Defunctos.

℟. Libera me, Domine, de morte æterna, in die illa tremenda: * Quando cœli movendi sunt & terra: * Dum veneris judicare sæculum per ignem.

℣. Tremens factus sum ego, & timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. Quando cœli movendi sunt & terra.

℣. Dies illa, dies iræ, calamitatis & miseriæ, dies magna & amara valde. Dum veneris judicare sæculum per ignem.

℣. Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. ℟. Libera me Domine de morte æterna, in die illa tremenda: Quando cœli movendi sunt & terra: Dum veneris judicare sæculum per ignẽ.

Kyrie elèïson. Christe elèïson. Kyrie elèïson. Pater N.

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

FIdelium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cũctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.

Bendicion, que se le dà à la Comunidad la ultima noche de la Quaresma, que llamamos, BENEDICTA.

El Sacristan tendrà prevenido el Isopo; y estãdo todos los Religiosos postrados, dirà el Superior en pie teniendolos delante, esto es, buelto hazia ellos.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DOmine Jesu-Christe Fili Dei vivi, qui hunc quadraginta dierum & quadraginta noctium decursum tuo sacro jejunio consecrasti, & post jejunium Angelis ministrãtibus, cibum sumpsisti: quæsumus clementiam tuam; ut hanc familiam, quæ per hoc quadragesimale tempus, se affligendo carnem, ab alimentis abstinuit; meritis & precibus Seraphici Patris nostri Francisci propitius respicere, & super eam rorem tuæ benedictionis ✠ impendere digneris. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Benedictio Sanctissimæ ✠ Trinitatis, Beatissimæ semper ✠ Virginis Marìæ, & Seraphici Patris ✠ nostri Francisci descendat super vos, & maneat semper. ℟. Amen.

Et aspergat omnes aqua benedicta.

Los Domingos al Asperges, concluìdo en el Coro, dize el Preste.

℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. *tempore Paschali additur*. Alleluia. ℟. Et salutare tuum da nobis.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

EXaudi nos Domine Sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, pro-

protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen,

Rogativa, que se haze los Sabados despues de la Missa de N. Señora.

Aña. Salve Regina,&c. *Aña.* Sancte Francisce propera, &c. *Aña.* Da pacem Domine,&c.

℣. In Conceptione tua, Virgo, immaculata fuisti. ℟. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti.

℣. Ora pro nobis Beate Pater Francisce. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abũdãtia in turribus tuis.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui per immaculatã Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus, ut qui ex morte ejusdem Filij sui prævisa, eam ab omni labe præservasti, nos quoque mundos ejus intercessione, ad te pervenire concedas.

Deus, qui Ecclesiam tuam B. P. N. Francisci meritis fœtu novę prolis amplificas: tribue nobis, ex ejus imitatione terrena despicere, & cœlestium donorum semper participatione gaudere.

Deus, à quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera: da servis tuis illam, quã mundus dare non potest, pacem; ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione trãquilla. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

En tiempo de Capitulo General, ò Provincial, desde que llegan las letras convocatorias, y en aquel desde la Pasqua de Resurreccion, se añadirà despues del ℣. por la Paz el siguiente.

℣. Salvos fac servos tuos. ℟. Deus meus sperantes in te.

Y sin finalizar la ultima Oracion, se añadiràn las siguientes.

DEus largitor pacis, & amator charitatis: da famulis tuis in Capitulo congregandis veram cum tua voluntate concordiam; ut ad gloriam tui nominis dignos Prælatos eligant, qui te toto corde perquirant, & nos suis virtutibus instruant; quatenus id,

quod

quod te donante promisimus, impleamus.

Deus refugium nostrum, & virtus: adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus, auctor ipse pietatis, & præsta; ut quod fideliter petimus, efficaciter cõsequamur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Preces segun el Ritual Romano.

Para implorar el divino auxilio, mediante la intercession de Maria Santissima N. Señora, la de N. P. S. Francisco, y de otros Santos: se diràn las preces siguientes (segun la necessidad, que ocurriere) despues de la Missa conventual, quando no se huviere dicho Missa particular, ò Votiva de la tal necessidad, en cuyo caso se diràn despues de ella; tambien se podràn dezir despues de Visperas; y se tocarà siempre la campana à medio buelo.

PARA PEDIR AGUA.

Aña. Sancta Marìa succurre miseris, &c. *Aña.* Sancte Francisce propera, &c.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix. ℟. Ut digni, &c.

℣. Signasti Domine, servum tuum Franciscum. ℟. Signis Redemptionis nostræ.

℣. Operi Domine cœlum nubibus. ℟. Et para terræ pluviam.

℣. Ut producat in montibus fœnum. ℟. Et herbam servituti hominum.

℣. Riga montes de superioribus tuis. ℟. Et de fructu operum tuorum satiabitur terra.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudère: & gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberàri tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Deus, qui Ecclesiam tuam B. P. N. Francisci meritis fœtu novę prolis amplificas: tribue nobis, ex ejus imitatione terrena despicere, & cœlestium donorum semper participatione gaudere.

Deus, in quo vivimus, movemur, & sumus, pluviam nobis tribue congruẽtem: ut præsentibus subsidiis sufficienter adjuti, sempiterna fiducialiùs appetamus.

Præsta, quæsumus Omnipotens Deus, ut qui in af-

afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra adversa omnia tua semper protectione muniamur.

DA nobis, quæsumus Domine, pluviam salutarẽ: & aridam terræ faciem fluentis cœlestibus dignanter infunde. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Para pedir serenidad.

Aña. Sub tuum præsidium confugimus, &c. *Aña.* Sancte Francisce propera, &c.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur, &c.

℣. Signasti, Domine, servum tuum Franciscum. ℟. Signis Redemptionis nostræ.

℣. Adduxisti, Domine, spiritum tuum super terram. ℟. Et prohibitæ sunt pluviæ de coelo.

℣. Cum obduxero nubibus coelum. ℟. Apparebit arcus meus, & recordabor fœderis mei.

℣. Illustra faciem tuam, Domine, super servos tuos. ℟. Et benedic sperantes in te.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

COncede nos famulos tuos. Deus, qui Ecclesiam tuã. *ut supra pag.* 62.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice; & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

AD te nos, Domine, clamantes exaudi: & aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus; ut qui justè pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præveniente, clementiam sentiamus.

QUæsumus, Omnipotens Deus, clementiam tuã: ut inundantiam coërceas imbrium, & hilaritatem vultus tui nobis impertiri digneris. Per Christum Dominũ nostrum. ℟. Amen.

Para en tiempo de hambre, y penuria.

Aña. Sancta Marìa succurre miseris, &c. *Aña.* Sancte Francisce propera, &c.

℣. In Conceptione tua, Virgo, immaculata fuisti. ℟. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti.

℣. Ora pro nobis Beate Pater

ter Francifce. ℟. Ut digni efficiamur, &c.

℣. Domine, non fecundùm peccata noftra facias nobis. ℟. Neque fecundùm iniquitates noftras retribuas nobis.

℣. Oculi omnium in te fperant Domine. ℟. Et tu das illis efcam in tempore opportuno.

℣. Memento congregationis tuæ. ℟. Quam poffedifti ab initio.

℣. Dominus dabit benignitatem. ℟. Et terra noftra dabit fructum fuum.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobifcum. ℟. Et cum fpiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui per immaculatam Virginis Cõceptionem.

Deus, qui Ecclefiam tuam. *ut fupra pag.* 61.

INeffabilem nobis, Domine, mifericordiam tuam clementer oftende: ut fimul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DA nobis, quæfumus Domine, piæ fupplicationis effectum, & famen propitiatus averte; ut mortalium corda cognofcant, & te indignante, talia flagella prodire; & te miferante, ceffare.

POpulum tibi fubditũ pro peccatis fuis fame laborantem ad te, Domine, converte propitius, qui quærentibus regnum tuum omnia adjicienda effe dixifti. Qui vivis, & regnas in fæcula fæculorum. ℟. Amen.

En tiempo de mortandad, y pefte.

Aña. Sub tuum præfidium, &c. *Aña.* Sancte Francifce propera, &c.

℣. Benedicta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus fructus ventris tui.

℣. Signafti, Domine, fervum tuum Francifcum. ℟. Signis Redemptionis noftræ.

℣. Domine, non fecundùm peccata noftra facias nobis. ℟. Neque fecundùm iniquitates noftras retribuas nobis.

℣. Adjuva nos Deus falutaris nofter. ℟. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.

℣. Domine, ne memineris iniquitatum noftrarum antiquarum. ℟. Citò anticipent nos mifericordię tuę, quia pauperes

peres facti sumus nimis.

℣. Ora pro nobis Sancte Sebastiane. ℟. Ut digni efficiamur, &c.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Concede nos famulos. Deus, qui Ecclesiam tuã. *ut supra pag. 62.*

Exaudi nos Deus salutaris noster, & intercedente beato Sebastiano Martyre tuo, & omnibus Sanctis, populum tuum ab iracundiæ tuę terroribus libera, & misericordiæ tuæ fac largitate securum.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, & animarum & corporum medère languoribus; ut remissione percepta, in tua semper benedictione lætemur.

Da nobis, quæsumus Domine, piæ petitionis effectum, & pestilentiam mortalitatemque propitiatus averte; ut mortalium corda cognoscant, à te indignante talia flagella prodire, & te miserante, cessare. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

En tiempo de guerras.

Aña. Salve Regina, &c. *Aña.* Sancte Francisce propera, &c. *Aña.* Da pacem Domine, &c.

℣. In Conceptione tua, Virgo, immaculata fuisti. ℟. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti.

℣. Ora pro nobis B. Pater Francisce. ℟ Ut digni efficiamur, &c.

℣. Exurge, Domine, adjuva nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum.

℣. Salvum fac populum tuum, Domine. ℟. Deus meus sperantem in te.

℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis.

℣. Esto nobis, Domine, turris fortitudinis. ℟. A facie inimici.

℣. Arcum contere, & confringe arma. ℟. Et scuta combure igni.

℣. Mitte nobis, Domine, auxilium de Sancto. ℟. Et de Sion tuere nos.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui per Immaculatã. Deus, qui Ecclesiam tuam. Deus, à quo sancta desideria. *ut supra pag.* 61.

DEus, qui conteris bella, & impugnatores in te sperantium potentia tuæ defensionis expugnas: auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam; ut inimicorum suorum feritate depressa, incessabili te gratiarũ actione laudemus.

HOstium nostrorum, quæsumus Domine, elide superbiam: & eorum contumaciam dexteræ tuę virtute prosterne. Per ChristumDominum nostrum. ℟. Amen.

Si las guerras son contra Turcos, ù otros infieles, ò hereges se diràn solamente las Añas ℣℣. y Oraciones de N. Señora, y de N. P. S. Francisco, omitiendo todo lo demàs y en su lugar se dirà lo siguiente.

℣. Salvos fac servos tuos. ℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Esto nobis, Domine, turris fortitudinis. ℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocère nobis.

℣. Hostium nominis tui, Domine, elide superbiam. ℟. Et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prosterne.

℣. Fiant tamquam pulvis ante faciem venti. ℟. Et Angelus Domini persequatur eos.

℣. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt. ℟. Et in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.

℣. Mitte nobis, Domine, auxilium de Sancto. ℟. Et de Sion tuere nos.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui per Immaculatã. Deus, qui Ecclesiam tuam. *ut supra pag.* 61.

DA, quæsumus, Ecclesiæ túæ, misericors Deus: ut sancto Spiritu congregata, hostìli nullatenus incursione turbetur.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placàris: preces populi tui supplicantis propitius respice; & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

OMnipotens sempiterne Deus, in cujus manu

sunt

ſunt omnium poteſtates, & omnium jura regnorum, reſpice in auxilium Chriſtianorum: ut gentes Paganorum, (*ſeu* hæreticorum) quæ in ſua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

En qualquiera tribulacion, ò neceſsidad.

Aña. Sancta Marìa ſuccurre miſeris, &c. *Aña*. Sancte Franciſce propera, &c. ℟. Si quæris miracula, &c.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur, &c.

℣. Signaſti, Domine, ſervum tuum Franciſcum. ℟. Signis Redemptionis, &c.

℣. Juſtum deduxit Dominus per vias rectas. ℟. Et oſtendit illi, &c.

℣. Deus refugium noſtrum, & virtus. ℟. Adjutor in tribulationibus.

℣. Salvos fac ſervos tuos, Domine. ℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. ℟. Miſerère nobis.

℣. Adjuva nos Deus ſalutaris noſter. ℟. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

COncede nos famulos tuos. Deus, qui Eccleſiam tuam. *ut ſupra pag. 62.*

ECcleſiam tuam, Deus, beati Antonij Confeſſoris tui deprecatio votiva lætificet: ut ſpiritualibus ſemper muniatur auxiliis, & gaudiis perfrui mereatur æternis.

NE deſpicias, Omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem; ſed propter gloriam nominis tui tribulatis ſuccurre placatus.

INeffabilem miſericordiam tuam, Domine, nobis clementer oſtende: ut ſimul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

TRibulationem noſtram, quæſumus Domine, propitius reſpice: & iram tuæ indignationis, quam juſtè meremur, averte.

DEus refugium noſtrum, & virtus: adeſto piis Eccleſiæ tuæ precibus, auctor ipſe pie-

pietatis, & præsta; ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

Si en todas estas necessidades, ò tribulaciones se hiziere Procession, se harà como se nota en el Ritual Romano; y si pareciere hazer commemeracion de alguno otro Santo, se harà dando el lugar, que perteneciere, segun su gerarquia, à la Aña, al ℣. y à la oracion (esta como en las Missas votivas) variando, lo que se huviere dicho; y lo mismo se podrà hazer en la siguiente.

PRECES,

Para quando ay tempestad.

Para esta Rogativa se encienden dos velas en el Altar mayor, y el Cirio Pasqual; y si huviere alguna imagen de particular devocion, se le encenderàn otras dos velas. Se cantan las Letanias de los Santos, y en las Preces se dize dos veces: A fulgere & tempestate. Libera nos, &c. *y en lugar del Psal.* Deus in adjutorium meum intende. *se dirà el siguiente, y las Preces ut infra.*

Psal. Lauda Jerusalem Dñm: * lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum: * benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacẽ, * & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: * velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam, * nebulã sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas: * ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: * flabit spiritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suũ Jacob, * justitias & judicia sua Israël.

Non fecit taliter omni nationi: * & judicia sua non manifestavit eis. Gloria Patri, &c.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. ℞. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. ℞. Et salutare tuum da nobis.

℣. Adjuva nos Deus salutaris noster. ℞. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℞. Et filius iniquitatis non apponat nocère nobis.

℣. Fiat misericordia tua, Domine, super nos. ℞. Quemadmodum speravimus in te.

℣. Salvum fac populum tuũ Domine. ℞. Et benedic hereditati tuæ.

Non

℣. Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentia. ℟. Domine Deus virtutum, beatus homo qui ſperat in te.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placàris: preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice; & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte.

A Domo tua, quæſumus Domine, ſpiritales nequitiæ repellantur: & aërearum diſcedat malignitas tempeſtatum.

OMnipotens ſempiterne Deus, parce metuentibus, propitiare ſupplicibus; ut poſt noxios ignes nubium, & vim procellarum, in miſericordiam tranſeat laudis comminatio tempeſtatum.

DOmine Jeſu, qui imperaſti ventis & mari, & facta fuit tranquillitas magna, exaudi preces familiæ tuæ, & præſta: ut hoc ſigno Sanctæ Crucis ✠ omnis diſcedat ſævitia tempeſtatum.

OMnipotens & miſericors Deus, qui nos & caſtigando ſanas, & ignoſcendo conſervas: præſta ſupplicibus tuis; ut & tranquillitatibus hujus optatæ conſolationis lætemur, & dono tuæ pietatis ſemper utamur. Per Dominum noſtrum Jeſum-Chriſtum Filium tuum, &c.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

℣. Exaudiat nos Omnipotẽs & miſericors Dñs. ℟. Amen.

℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcãt in pace. ℟. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

Si aun no huviere ceſſado la tempeſtad, ſe harà la Rogativa ut ſupra para qualquiera tribulacion, ò neceſſidad pag. 67.

Bendicion de Campana.

Por no eſtàr en el Ritual Romano eſta bendicion, ſe pone aqui; para la qual ſe congregarà la Comunidad en la Sacriſtìa, y reveſtido un Sacerdote de Amito, Alba, y Eſtola blanca, y dos Acolytos con Sobrepelliz; el uno, que ha de llevar la Cruz entre dos Ceroferarios; y el otro, el incenſario, y naveta: iràn proceſſionalmente al ſitio, por donde ſe ha de ſubir al campanario;

panario; y otro Religioso llevarà el vaso del agua bendita con el isopo. En llegando donde està la campana, que ha de estàr levantada del suelo como vara y media, el Acolyto con la Cruz se pondrà immediato à ella, y la Comunidad cercandola; esto es, teniendola en medio, dirà todo el Psal. Miserère. *con* Gloria Patri. *y concluìdo dirà el Preste.*

℣. Ajutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui per beatum Moysem legiferum famulum tuum tubas argenteas fieri præcepisti, quas dum Sacerdotes tempore sacrificij clangerent, sonitu dulcedinis populus monitus ad te adorandum fieret præparatus, & ad celebrandum sacrificia conveniret; quarũ clangore hortatus ad bellum, molimina prosterneret adversantium; præsta, quæsumus, ut hoc vasculum sanctæ tuæ Ecclesiæ præparatum sancti ✠ ficetur à Spiritu sancto, ut per illius tactum fideles invitétur ad præmium. Et cùm melodìa illius auribus insonuerit populorum, crescat in eis devotio fidei; procul pellantur omnes insidiæ inimici, fragor grãdinum, procella turbinum, impetus tempestatum; temperentur infesta tonitrua; ventorum flabra fiant salubriter, ac moderatè suspẽsa; prosternat aëreas potestates dextera tuæ virtutis; ut hoc audientes tintinnabulum contremiscant, & fugiant ante sanctæ Crucis Filij tui in eo depictum vexillum, cui flectitur omne genu, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confitetur, quod ipsè Dominus noster Jesus-Christus absorpta morte per patibulum Crucis regnat in gloria Dei Patris, cũ eodem Patre, & Spiritu sancto, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Aora el Preste pone, y bendice el incienso more solito, toma el isopo, y rocia la campana tres veces por la parte exterior, y otras tres por la interior alternativamente, esto es, una vez por de fuera, y otra por de dentro, rodeandola; y en la misma forma la inciensa; y se buelve la Comunidad por el orden, que vino à la Sacristìa.

FORMA,

Que se ha de observar en dar el Abito, y Professìon enla tercera Orden de Penitencia de N.P.S.Francisco. *Es-*

Estando prevenido el Abito, y Cuerda en una mesilla, y si fuere Escapulario, sobre el Altar al lado de la Epistola, y encendidas dos velas, el Comissario Visitador, ò Sacerdote, que tenga autoridad para ello, revestido de Sobrepelliz, y Estola blanca; y buelto al Pretendiente, que estarà arrodillado en la infima grada, le preguntarà: que es lo que pide? *à que responderà èl Pretendiente*: Pido por amor de Dios el Abito de la Tercera Orden de N. P. S. Francisco, para mas servir à Dios, y hazer penitencia de mis pecados. *Sobre lo qual le harà una breve Platica, y concluìda, se bolverà al Altar, à bendecir el Abito, &c. ut infra.*

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Si nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Jesu-Christe, qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es, quique gloriosum Confessoré suum B. P. N. Franciscum tres Ordines instituere salubriter inspirasti, ac operis tui Vicarios summos Ecclesiæ tuę Pontifices, ipsos approbare fecisti: immensam clementiæ tuæ largitatem suppliciter exoramus; ut hæc indumenta, quæ ad pœnitentiæ, mortificationis, & humilitatis juvamen, ac pro valida contra sæculum, carnem, & dœmonem armatura instituta sunt, bene ✠ dicere digneris, ut hic famulus tuus (*vel* hæc famula tua) ea devotè recipiens te intra se taliter induat, quod sicut honestam, humilemque vitam indumenta ipsa prætendunt, sic & quolibet vitio sublato veraciter corde, ore, & opere vivere mereatur, ut à te nullis tentationibus separetur. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Bendicion de la Cuerda.

OREMUS.

Omnipotens, & misericors Deus, qui peccatoribus misericordiam tuam poscentibus thesauros pietatis tuæ per pœnitentiam aperis: majestatem tuam suppliciter exoramus, ut funem istum in tuæ Passionis memoriale depositum, bene ✠ dicere digneris, ut famulus

mulus tuus (*vel* famula tua) *N.* qui (*vel* quæ) in pœnitentiæ signum eo præfingitur , benedictionis tuæ largitatem misericorditer consequatur. Qui vivis , & regnas , in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Luego rocìa el Abito , y Cuerda con agua bendita , y despojandole de la capa, ò manto, dirà.

EXuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis , & induat te novum, qui secundum Deum creatus est. ℟. Amen.

Aora le vestirà el Abito, diziendo:

INduat te Dominus indumento salutis,& vestimento justitiæ circũdet te semper. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DOmine Jesu-Christe,qui dixisti jugum meum suave est , & onus meum leve: præsta , quęsumus , ut famulus tuus (*vel* famula tua) *N.* sic illud deportare valeat in perpetuũ totaliter , ut possit consęqui tuam gratiam in pręsenti , & gloriam in futuro. Qui vivis, & regnas in sęcula sęculorum. ℟. Amen.

Al señirle la Cuerda, dirà:

PRęcingat te Dominus cingulo fidei , & virtute castitatis , lumbos tui corporis comprimendo,extinguat in eis humorem libidinis , ut jugiter maneat in eis tenor totius castitatis. ℟. Amen.

Luego puestos de rodillas, se dirà el Hymno.

VEni, Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quę tu creasti pectora.
Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, Charitas,
Et spiritalis unctio.
Tu septiformis munere,
Digitus Paternę dexterę,
Tu ritè promissum Patris,
Sermone ditans guttura,
Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus;
Ductore sic te pręvio
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium;
Teque utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.
Pręsta, Pater piissime,

Pa-

Patrique compar Unice,
Cum Spiritu Paraclito
Regnans per omne ſęculum.
Amen.

Aña. Ave Regina cœlorum.

Aña. Salve Sancte Pater.

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur. ℟. Et renovabis faciem terrę.

℣. Poſt partum, Virgo, inviolata permanſiſti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

℣. Ora pro nobis B.P. Franciſce. ℟. Ut digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.

℣. Salvum fac ſervum tuum (*vel* Salvam fac famulam tuam) Domine. ℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

Aora ſe pone en pie.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudère.

COncede nos famulos tuos, quęſumus Dñe Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudère: & glorioſa beatę Marię ſēper virginis interceſſione, à pręſenti liberari triſtitia, & ęterna perfrui lętitia.

DEus, qui Eccleſiam tuam B.P.N. Franciſci meritis, fœtu novæ prolis āplificas: tribue nobis, ex ejus imitatione terrena deſpicere, & cęleſtium donorum ſemper participatione gaudère.

ADeſto Dñe ſupplicationibus noſtris, quas pro hoc famulo tuo (*vel* hac famula tua) offerimus: ut quē (*vel* quā) in ſanctę Religionis gremio per ordinem tuum ſociamus, perpetua firmitate corrobores, & perſeveranti propoſito in omni ſanctitate tibi valeat famulari. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Y buelto al pueblo, dirà:

BEnedictio Dei Omnipotētis Patris, & Filij ✠ & Spiritus ſancti deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper vobiſcū ℟. Amen.

Dicho eſto le exortarà à nueva vida obſervando con mas perfeccion los Mandamientos, frequentando los Sacramentos, y guardando ſu Regla en quanto ſus fuerças alcançaren; y à que dè gracias à Dios por el beneficio recebido; y todo con brevedad.

Foma de dar la Profesſion.

Cumplido el año de la aprobacion, y no deſmereciendola, ſe le darà la Profeſsion, para lo qual ſe obſervarà todo lo que ſe dixo para la Recepcion, y mas lo ſiguiente. El que le ha de profeſſar preguntarà al Profeſſante: Què es lo que pide Hermano? *El Profeſſante reſponderà* Pido por amor de Dios la Profesſion en la Tercera Orden de N. P. S. Franciſco, para mas ſervir à Dios, y hazer penitēcia de mis pecados. *El que le ha de profeſſar le explicarà lo que pide, exortandole à la obſervancia de la Regla, aunque no obligatoria à culpa alguna; y como por la Profeſſion no ſe ha de obligar, à mas de lo que haſta entõces le ha obligado la Ley de Dios, y luego bendecirà el Abito, &c. ut infra; advirtiendo, que ſi fueren muchos, darà las cõcordancias competentes; pero cada uno harà ſu Profeſsion ſingillatim Si fuere Eſcapulario ſe bendecirà como en la Recepcion; pero la Cuerda, ut infra.*

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. OREMUS.

Domine Jeſu-Chriſte, qui exiſtens in forma Dei, formam ſervi accipere, & in ſimilitudinem hominum fieri, & habitu inveniri, ut homo, pro noſtra ſalute dignatus es: te ſuppliciter exoramus, ut iſtum noſtræ Religionis habitum in Crucis modum pro tuæ Paſsionis memoriali depoſitum, bene ✠ dicere dignèris; ut famulus tuus (*vel* famula tua) *N.* qui (*vel* quæ) pro pœnitentiali ſui corporis tegumento ipſum induit, te per imitationem induat ſaluberrimã ad omnis perfectionis exemplum. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorũ. ℟. Amen.

Bendicion de la Cuerda.

OREMUS.

Deus, qui ut ſervum abſolveres, Filium ligari funibus voluiſti: bene ✠ dic, quęſumus, funem iſtum; ut famulus tuus (*vel* famula tua) *N.* qui (*vel* quæ) eo velut ligamine ſui corporis cingetur, vinculorũ ejuſdem Filij tui Dñi noſtri Jeſu-Chriſti memor exiſtat: ut in Ordine, quem aſſumit, ſalubriter perſeveret, & tuis cum effectu ſemper obſequiis ſe alligatũ (*vel* alligatam) eſſe cognoſcat. Per

eum-

eumdẽ Christũ D.N. ℟. Amen.

Luego rocìa con agua bẽdita el Abito, y Cuerda, y al vestirle el Abito dirà:

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

MAjestatem tuam, Dñe, suppliciter exoramus, ut famulum tuum fratrem nostrum (*vel* famulam tuam sororẽ nostram) cui de tua gratia præsumentes nostræ Religionis vestẽ imponimus, digneris, inter discipulos tuos virtute ex alto induere, justitiæ lorìca munire, & salutis prosequi vestimento: ut intercedente B.P.N. Francisco Confessore tuo, sub humilitatis veste tibi perseveranter deserviẽs, ad stolam immortalitatis, & gloriæ mereatur pervenire. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Al señirle la Cuerda, dirà:

OREMUS.

DEus, qui B. Petro Apostolo tuo significans, qua morte clarificaturus esset Deũ, prædixisti, per aliũ in senectute ipsum fore cingendum: famulum tuum fratrem nostrum quem (*vel* famulam tuam sororem nostram quam) cingulo nostræ fraternitatis præcingimus, tui nominis metu cõstringe, & salutari corda cor ejus regulari alliga disciplina: ut tua ei opitulante gratia solutus, & liberatus (*vel* soluta, & liberata) à mundo, tuoque vinctus (*vel* vincta) servitio, in ordinis, quẽ assumit, observãtia usque in finem jugiter perseveret. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

OREMUS.

DEus, qui mira Crucis mysteria in tuo devotissimo Confessore B.P.N. Francisco multiformiter demõstrasti: da famulo tuo fratri nostro (*vel* famulæ tuæ sorori nostræ) ipsius semper exempla sectari, & ejusdem Crucis meditatione muniri. Per Christum D.N. ℟. Amen.

Aora estando de rodillas, y puesta la mente en Dios, y las manos entre las de el que le dà la Professìon, la harà, dictandole la forma; y antes bolverà à advertirle, que por ella no entienda obligarse à mas de lo que la ley de Dios le obliga.

Forma de hazer la Professìon.

YO el Hermano (ò la Hermana) *N.* hago voto, y prometo à Dios, y à la Bienaventurada siẽpre Virgen Marìa, y al Bienaventurado N.P. S. Francisco, y à todos los Santos, y à vos Padre, de guardar todo

todo el tiempo de mi vida los Mandamientos de la Ley de Dios; y satisfacer, como conviene, por las transgresiones, que cometiere contra esta forma de vida instituìda por N.P. S.Francisco, y aprobada, y cõfirmada por el Señor Papa Nicolao IV. y por otros muchos summos Pontifices, quando para ello fuere llamado, à la volũtad, y juyzio del Superior.

Y el que le dà la Profession dize, dandole la bendicion.

Si tu estas cosas guardares, yo te prometo la vida eterna, en el nombre del Padre ✠ y del Hijo, y del Espiritu Santo. Amen.

Y tomando una vela encendida, buelto al Altar dirà:

DOmine Jesu-Christe, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum: illustra faciem tuam super famulum tuum (*vel* famulã tuã) ut te verum lumen agnoscat, & ardente charitate diligat. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Y buelto al que ha professado le dà la vela, diziendo:

ACcipe Frater (*vel* Soror) candelam in manibus tuis in signum supernæ illustrationis, & inflammatæ charitatis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Luego se dirà el Hymno, Antifonas, Versos, y Oraciones, que se dixeron en la Recepcion, como allì se advierte, excepto el ℣. Emitte Spiritũ, *en cuyo lugar se dirà el siguiente.*

℣. Confirma hoc Deus. ℟. Quod operatus est in nobis.

Y despues de la ultima Oracion, sin concluìrla, se añadirà la siguiente.

DEus, qui nos à sæculi vanitate cõversos ad bravium supernæ vocationis accẽdis, pectoribus nostris purificandis illabere, & gratiam nobis, qua in te perseveremus, infunde: ut protectionis tuæ muniti præsidiis, quod te donante promisimus, impleamus; & nostræ Professionis sectatores effecti, ad ea quæ perseverantibus in te promittere dignatus es, pertingamus. Per Christum D.N. ℟. Amen.

Y buelto al pueblo darà la bendicion diziendo:

BEnedictio Dei Omnipotentis Patris, & Filij ✠ & Spiritus Sancti descendat super vos, & maneat semper vobiscum. ℟. Amen.

Y le exortarà brevemente a la perfecta observancia de la Ley de

Dios,

Dios, y dè su Regla, è imitacion de N.P.S.Francisco, cuyo hijo es yà.

Adviertase, que à los enfermos no se les puede dar juntamente Abito, y Profession, sino uno, ù otro; esto es, si no han tomado el Abito, se les darà solamente; y si yà lo tienen, y no han Professado, y llegaren à estàr en peligro de muerte, se les darà la Profession, aunque no ayan cumplido el año dè la aprobacion. Ita N. Maderuelo Erud. de Tercer. §. 24. num. 2.

FORMA, DE Bendecir, y vestir N. santo Abito por voto à los Niños.

Estando encendidas dos velas en el Altar; y el Abito, y cuerda sobre una mesica, ò teniendolo alguno en un azafate al lado de la Epistola; y el Niño arrodillado en la infima grada; un Sacerdote con Sobrepelliz, y Estola blanca bendecirà el Abito, &c. ut infra; advirtiendo, que donde està la N. ha de nombrar el Santo, à cuyo honor se hizo el voto, ò promessa.

℣. Ajutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum & terram.

℣. Si nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.

℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DOmine Jesu-Christe, qui pro nostra salute suscipiens humanam naturã, te vestimento carnis induere dignatus es; benedictione sancta tua bene ✠ dic ista parvula vestimenta, quæ pro gratiis tibi exolvendis cum omni devotione, sanctoque voto, ac veneratione B. *N.* Infans iste (*vel* ista) super se suscepturus (*vel* susceptura) est; infunde in eum, (*vel* eam) quæsumus, tuam sanctam bene ✠ dictionem; ut intercedente eodem Beato *N.* descendat super eum (*vel* eam) gratia tua, quę protegat illum (*vel* illã) ab omni malo mentis & corporis. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Luego rocìa el Abito, y Cuerda, y tambien el Niño con agua bendita, y despojandole del vestido, dirà:

ERipiat Dominus de corde tuo sæculi pompas, quibus abrenuntiasti, dum Baptismum suscepisti. ℟. Amen.

Al vestirle el Abito dirà:

IMmitat in te Dominus sanctum Religionis amorem, sanctoque fervore succẽdaris, & ardeas cœlestium bonorum desiderio. ℟. Amen.

Al

Al señirle la Cuerda.

PRæsingat te Dominus zona justitiæ; ut sine macula conserves omnia mandata sua. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DOmine Jesu-Christe, lux vera de vero lumine; quæsumus clementiam tuam, ut per intercesionẽ B. *N.* mentem parvuli (*vel* parvulæ) hujus illumines: ut cum ad annos discretionis advenerit, sancto tibi animo, corporeque deserviat. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Aora tomando al Niño de la mano, y llegandolo al Altar, lo bendecirà, y ofrecerà, diziendo:

COnfirma Deus quod in hoc (*vel* hac) Infante operari fecisti, & suscipe eum (*vel* eam) Domine, secundum eloquium tuũ, & vivet; & benedictio tua sit super eum (*vel* eam) semper. ℟. Amen.

Luego darà la bendicion à los circunstantes, diziendo:

BEnedicat vos divina Majestas Pater, Filius, ✠ & Spiritus Sanctus. ℟. Amen.

Cumplido el año, ò el tiempo del voto, se le desnudarà el Abito, como se le vistiò, y con las ceremonias, y oraciones siguientes.

℣. Adjutorium nostrum, &c. Sit nomen Dñi, &c. Dñe exaudi, &c.

℣. Dominus vobiscum, &c.

OREMUS.

DOmine sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus, à quo descendit omne bonum, & omne donum, tibi gratias referimus, & expleta vota reddimus: suscipe vota nostra cũ gratiarum actionibus, & intercedente B. Marìa semper Virgine, Sanctoque *N.* huic Infanti de cætero præsta salutem mentis, & corporis; ut te Creatorem recta fide colat, in te Salvatorem spem suam cõfirmet, teque summum bonum super omnia diligat, atque sanctis mandatis tuis semper obediat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Al desnudarle el Abito, dirà:

REddite vota vestra Deo: spoliantes veterem hominem cũ actibus suis. *Psal.* Laudate Dñm omnes gentes, &c.

Y puesto el Abito en un azafate sobre el Altar, dirà:

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

ORE-

OREMUS.

SUſcipe, Sancte Pater, vota preceſque ſupplicum, & per interceſsionem Beatiſsimæ Virginis Marìæ, Sanctique *N.* præſta nobis, ita beneficia tua cognoſcere, ut in gratiarum actione ſemper maneamus. Per Chriſtum D. N. ℟. Amen.

Luego darà la bendicion; ut ſupra.

Por accion de Gracias.

Se haze Proceſſion, como ſe previene en el Ceremonial pag. 262. num. 718. *y eſtando todos en pie, y aviendo pueſto el Preſte incienſo, entona el Hymno* Te Deum laudamus. *que proſigue la Comunidad ut ſupr. pag.* 3. *y empieza la Proceſſion, cuya eſtacion ſerà por donde al Superior pareciere; y aviendo buelto à la Capilla mayor, en pie como en el Coro, ſe concluye el Hymno, y luego dize el Preſte:*

℣. Benedictus es Domine Deus Patrum noſtrorum. ℟. Et laudabilis, & glorioſus in ſæcula.

℣. Benedicamus Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu. ℟. Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

℣. Benedictus es Dòmine Deus in firmamento cœli. ℟. Et laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.

℣. Benedic anima mea Domino. ℟. Et noli oblivìſci omnes retributiones ejus.

℣. Domine exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

DEus, cujus miſericordiæ non eſt numerus, & bonitatis infinitus eſt theſaurus: piiſsimæ Majeſtati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuã ſemper clementiam exorantes; ut, qui pentibus poſtulata concedis, eoſdem non deſerens, ad præmia futura diſponas.

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudère.

DEus, qui neminem in te ſperantem, nimiùm affligi permittis; ſed pium precibus præſtas auditum: pro poſtulationibus noſtris, votiſque ſuſceptis gratias agimus, te piiſsime deprecantes; ut à cunctis eripi mereamur adverſis.

Per Dominum noſtrum Jeſum-Chriſtum Filium tuum, &c.

OMNIA SUB CORRECTIONE S. R. E.

TABLA

DE LO QUE CONTIENE ESTE MANUAL.

Con licencia: En Granada: En la Imprenta de la Santissima Trinidad. Año de 1723.

Dia de defuntos.

En el cuerpo de la Iglesia.

Por nros. P.s y M.s def.tos Memento mei

Por nros. bienhechores... Ne recorderis. Pag.ª . . 30.

Por D.n Juan Perez Fundador. Libera me Dne. de viis inf. . 30.

Por D.ª Ynes Quintanilla Fund.ª Domine quando ven. . 34.

Por D.n Juan Ordoñez bienhechor: Credo quod. . 27.

Por to[illegible] def.s Libera me Domine de morte . 26.

En la Enfermeria nueva. . 35.

Por D.n G.l [illegible] Fund.or Qui Lazarum . . . 26.

Por D.ª [illegible] Fund.ª Hei mihi Domine.

Por D.n [illegible] Fund.or Peccantem me . 30.

En la Enfermeria vieja. . 1.

Por D.n Juan Truxillo bienh.or Domine secundum actum . 34.

Por D.ª Maria Pineda bienh.ª Memento mei Deus . 30.

En el Panteon

Por nros. [illegible] difuntos. Ne recorderis . . 30.

[illegible]

Oremus.

Absolve quaesumus Domine animas famulorum, famularumque tuarum, et omnium fidelium, &c.

[illegible] in bonu, [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

137. [illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Itaque propter ad ignem pertinet, in quantum
Dio ranis presuppositum in actu secundum additio-
nis, sive secunditas, et equivalet rebus ra-
distis, ergo in Deo radina Ethice sexta, sive
prius omnes honestas moralis, est secundum ex
parte Dei presupponens, et per [illegible] [illegible]
qua Dei, ut prius honestas moralis pertinet
ad obiectum formale misericordis, ut in [illegible] mi-
sericordia, quod est fundamentaliter in Deo, sit
existit, non sequitur per ipsam virtutem misericordia for-
malis, sive formaliter dicta a rege divinis pravis. similiter
dicendum est de aliis virtutibus, et de igne unus
ab altero principio. in adres [illegible] ut in Deo
intellectus, et intellectio, ita si [illegible] unus, ut equivalent
creato intellectui, et intellectioni creatae [illegible] distinctis
intellectui divinus prebet secundum, ut ipsi ad [illegible]
bis [illegible] imago intellectus ipse ut est [illegible],
seu [illegible], seu [illegible], ut per alia imagina [illegible]
ut attingat idem intellectum, ut est [illegible] intelleo, [illegible]
[illegible], [illegible] secundo [illegible] natura [illegible]
solmendat.

125. A [illegible] [illegible] [illegible] dicitur, [illegible]
[illegible] in Deo [illegible] [illegible]
[illegible] intellectus [illegible] [illegible]

309
161
148

191
25
86


67

Al uso [illegible] Mariano de Pimena

ue se habeat ad intellectum, et ad potentias eius idem est.

194.
Amplius declaratur hoc: intelligamus ratione prius omnis Dei erga sua intellectiva hoc duo habet, scilicet dis[illegible] a sua intellectione, et ratione [illegible] ad sua [illegible] quae dicimus in ea [illegible] prima intellectum, et quae [illegible], inde est in Deo [illegible] de quo volendo, et [illegible] ad potentias suas intellectivas, quia in Deo quod prius [illegible] dicitur in [illegible] quod est intellectivus, nimis [illegible] propria, ac in est [illegible] in Deo [illegible] intellectivis, quia in Deo [illegible] intellectum, et [illegible] hoc enim dicitur [illegible] operandi simpliciter hic doctrina admittenda est a [illegible], quia [illegible] ab sola [illegible] cognoscitur dicimus [illegible] ab [illegible] admittimus [illegible] ordinate [illegible], sive [illegible] ab [illegible]. sectio 6.a quae in Deo intellectum et actualem [illegible] ab intellectu [illegible] proprio.

195 Diximus [illegible] in Deo intellectum primus [illegible] dividimus [illegible] indivisa in divinis [illegible] habens [illegible]. in quibus [illegible] in Deo intellectum actualem, et quod, sive [illegible], et intellectum [illegible] propria sive ut quae. sed huius dubii ratio quae dubitandi desumitur ab intellectu creato in [illegible]




18